

MISSÆ PROPRIÆ DICECESEOS PASSAVIENSIS

Die 4 Decembris

S. BARBARÆ VIRG. ET MART.

Duplex majus

Missa Loquébar, de Communi Virgi-
num 1 loco.

Et fit Commemoratio S. Petri Chryso-
logi Ep., Conf. et Eccl. Doct., ut in Mis-
sali hac die, et Feriae. Dicitur Credo,
ratione Commemorationis S. Doctoris.

Die 23 Decembris

B. HARTMANNI EP. ET CONF.

Duplex

Missa Státuit, de Communi Confessio-
ris Pontificis 1 loco, præter Orationem
sequentem:

Oratio

P

Omnipotens sempiterne Deus,
qui hujus diéi venerándam
sanctámque lætitiam in beáti
Hartmánni Confessóris tui at-
que Pontificis solemnitáte consecrásti:
da córdibus nostris tui amóris augmén-
tum; ut, cuius pia mérita venerámur in
terris, illíus in cælo patrocínia sentiá-
mus. Per Dóminum nostrum.

Et fit Commemoratio Feriae.

Secreta

C

Sancti tui, quásimus, Dómine, nos
ubique lætíficent: ut, dum eórum
mérita recólimus, patrocínia sentiámus.
Per Dóminum nostrum.

Postcommunio

C

Præsta, quásimus, omnipotens Deus:
ut, de percéptis munéribus grátiás
exhibéntes, intercedénte beáto Hart-

mánno Confessóre tuo atque Pontifice,
benéficia potiórā sumámus. Per Dómi-
num nostrum.

Die 26 Decembris

S. STEPHANI PROTOMARTYRIS

Patroni principalis Civitatis episcopalís
et Titularis Ecclesiæ Cathedralis
Duplex I classis cum Octava communi

Missa ut in Missali hac die, mutato
ritu. In Ecclesiis S. Stephano dedicatis
et in Civitate episcopalí dicuntur Credo,
per totam Octavam.

¶ Diebus 29, 30 et 31 Decembris fit
Com. Octavæ, juxta Rubricas.

In die Octava autem Missa dicitur ut
in Missali eadem die.

Die 7 Januarii

S. VALENTINI EP. ET CONF.

Diceceos Patroni

Duplex I classis cum Octava communi
Introitus Eccli. 45, 30

Statuit ei Dóminus testaméntum pa-
cis, et príncipem fecit eum: ut sit
illi sacerdóti dígnitas in aeternum.
Ps. 131, 1 Meménto, Dómine, David: et
omnis mansuetudinis ejus.

¶ Glória Patri.

In Ecclesia Cathedrali

Oratio

Propitiáre, quásimus, Dómine, nobis
fámulis tuis per beáti Valentíni
Confessóris tui atque Pontificis, qui in
hac Cathedrálí Ecclesiá requiéscit, mé-
rita gloriósa: ut ejus pia intercessióne
ab ómnibus protegámur adverſis. Per
Dóminum nostrum.

Extra Ecclesiam Cathedralem
Oratio

Propitiáre, quás sumus, Dómine, nobis famulis tuis per beatí Valentíni Confessóris tui atque Pontificis mérita gloriósa: ut ejus pia intercessióne ab ómnibus protegámur adverásis. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum: Qui tecum vivit et regnat.

Et fit Commemoratio Octavæ Epiphaniæ Domini:

Oratio

Deus, qui hodiéerna die Unigénitum tuum géntibus stella duce revelásti: concéde propítius; ut, qui jam te ex fide cognovimus, usque ad contemplándam spéciem tuæ celsitúdinis perducámur. Per eúndem Dóminum nostrum,

Léctio libri Sapiéntiæ

Eccl. 44, 16-27; 45, 3-20

Ecce sacérdos magnus, qui in diébus suis plácuit Deo, et invéntus est justus: et in témpore iracundiæ factus est reconciliátio. Non est invéntus símilis illi, qui conservávit legem Excélsi. Ideo jurejurándo fecit illum Dóminus créscere in plebem suam. Benedictiόnem ómnium géntium dedit illi, et testaméntum suum confirmávit super caput ejus. Agnóvit eum in benedictiόníbus suis: conservávit illi misericórdiam suam: et invéni grátiam coram oculis Dómini. Magnificávit eum in conspéctu regum: et dedit illi corónam gloriæ. Státuit illi testaméntum aetérnum, et dedit illi sacerdótium magnum: et beatificávit illum in glória. Fungi sacerdótio, et habére laudem in nómine ipsíus, et offérre illi incénsum dignum in odórem suavitatis.

Graduale Eccl. 44, 16 Ecce sacérdos magnus, qui in diébus suis plácuit Deo.

V. Ibid. 20 Non est invéntus símilis illi, qui conserváret legem Excélsi.

Allelúja, allelúja. **V. Ps. 109, 4** Tu es sacérdos in aetérnum, secúndum órdinem Melchísedech. Allelúja.

+ Sequéntia sancti Evangélii secún-dum Mattháeum

Matth. 25, 14-23

In illo témpore: Dixit Jesus discípulis suis parábola hanc: Homo pégre profíciscens vocávit servos suos, et trá-didit illis bona sua. Et uni dedit quinque talénta, álii autem duo, álii vero unum, unicuique secúndum pròpriam virtútem, et profectus est statim. Abiit autem, qui quinque talénta accéperat, et operátus est in eis, et lucrátus est ália quinque. Similiter et, qui duo accéperat, lucrátus est ália duo. Qui autem unum accéperat, ábiens fodit in terram, et abscondit pecúniam dómini sui. Post multum vero témporis venit dóminus servórum illórum, et pósuit ratiónem cum eis. Et accédens qui quinque talénta accéperat, óbtulit ália quinque talénta, dicens: Dómine, quinque talénta tradidísti mihi, ecce, ália quinque superlucrátus sum. Ait illi dóminus ejus: Euge, serve bone et fidélis, quia super pauca fuísti fidélis, super multa te constítuam: intra in gáudium dómini tui. Accéssit autem et qui duo talénta accéperat, et ait: Dómine, duo talénta tradidísti mihi, ecce, ália duo lucrátus sum. Ait illi dóminus ejus: Euge, serve bone et fidélis, quia super pauca fuísti fidélis, super multa te constítuam: intra in gáudium dómini tui.

Credo, per totam Octavam.

Offertorium Ps. 88, 21-22 Invéni Da-víd servum meum, óleo sancto meo unxi eum: manus enim mea auxiliábitur ei, et bráchium meum confortábit eum.

Secreta

Sancti Valentíni Confessóris tui atque Pontíficis, quásumus, Dómine, ánnua solémnitas pietati tuæ nos redat accéptos: ut, per hæc piæ placatiónis offícia, et illum beáta retribúto comítetur, et nobis grátiae tuæ dona cóncliet. Per Dóminum nostrum.

Pro Octava

Ecclésiae tuæ, quásumus, Dómine, dona propítios intuérere: quibus non jam aurum, thus et myrrha profertur; sed quod eisdem munéribus declarátur, immolátur et súmitur, Jesus Christus, Fílius tuus, Dóminus noster: Qui tecum vivit et regnat.

Praefatio et Communicántes de Epiphania, ratione Octavæ.

Communio Luc. 12, 42 Fidélis servus et prudens, quem constituit dóminus super familiam suam: ut det illis in tempore trítici mensúram.

Postcommunio

Deus, fidélium remunerátor animárum: præsta; ut beáti Valentíni Confessóris tui atque Pontíficis, cuius venerándam celebrámus festivitatēm, précibus indulgentiam consequámur. Per Dóminum nostrum.

Pro Octava**Postcommunio**

Prästa, quásumus, omnípotens Deus: ut, quæ solémi celebrámus offício, purificátæ mentis intelligéntia consequámur. Per Dóminum nostrum.

¶ Infra Octavam de ea fit Commemoratio juxta Rubricas.

In die Octava autem Missa dicitur ut in Festo cum Commemoratione S. Hilarii Ep., Conf. et Eccl. Doct. ac S. Felicis Presb. et Mart., ut in Missali eadem die; dicitur Praefatio communis.

Die 19 Januarii

S. SEVERINI ABBATIS

Duplex

Introitus Ps. 36, 30-31

Os justi meditábitur sapiéntiam, et lingua ejus loquéatur iudícium: lex Dei ejus in corde ipsius. Ps. ibid., 1 Noli æmulári in malignáribus: neque zeláveris facientes iniquitátem.

¶ Glória Patri.

Oratio

Deus, qui in sanctis hábitas, et pia corda non déseris: libera nos per intercessiónem beáti Severíni a terrénis desidériis et cupiditatē carnis; ut tibi soli Dómino líberis méntibus serviámus. Per Dóminum nostrum.

Et fit Commemoratio Ss. Marii et Soc. Martyrum:

Oratio

Exáudi, Dómine, pópulum tuum cum Sanctórum tuórum patrocínio supplicántem: ut et temporális vitæ nos tribus pace gaudére; et aetérnæ reperire subsídium. (Per Dóminum.)

Deinde Commemoratio S. Canuti Regis, Martyris:

Oratio

Deus, qui ad illustrándam Ecclésiam tuam beátum Canútum regem martyrii palma et gloriósis miráculis decoráre dignátus es: concéde propítius; ut, sicut ipse Domínicae passiónis imitátor fuit, ita nos, per ejus vestígia gradiéntes, ad gáudia sempitérana pervenire mereámur. Per eúndem Dóminum.

Léctio libri Sapientiæ

Eccli. 45, 1-6

Diléctus Deo et homínibus, cuius memória in benedictiōne est. Símilem illum fecit in glória sanctórum, et magnificávit eum in timóre inimicó-

rum, et in verbis suis monstra placávit. Glorificávit illum in conspéctu regum, et jussit illi coram pôpulo suo, et ostén-dit illi glóriam suam. In fide et lenitáte ipsíus sanctum fecit illum, et élégit eum ex omni carne. Audívit enim eum et vocem ipsíus, et indúxit illum in nubem. Et dedit illi coram præcæpta, et legem vitæ et disciplinæ.

Graduale Ps. 20, 4-5 Dómine, præve-nísti eum in benedictiōnibus dulcédi-nis: posuísti in cápite ejus corónam de-lápide pretiósos. **V.** Vitam pétuit a te, et tribuísti ei longitúdinem diérum in sá-culum sáeculi.

Allelúja, allelúja. **V. Ps. 91, 13** Justus ut palma florébit: sicut cedrus Líbani multiplicábitur. Allelúja.

Post Septuagesimam, omissis Allelúja et Versu sequenti, dicitur

Tractus Ps. 111, 1-3 Beátus vir, qui timet Dóminum: in mandátis ejus cupit nimis. **V.** Potens in terra erit semen ejus: generátio rectórum benedicétur. **V.** Glória et divitiae in domo ejus: et ju-stitia ejus manet in sáculum sáeculi.

+ Sequéntia sancti Evangélii secún-dum Lucam

Luc. 12, 35-40

In illo témpore: Dixit Jesus discípulis suis: Sint lumbi vestri præcíncti, et lucérnae ardéntes in máníbus vestris, et vos símiles homínibus exspectántibus dóminum suum, quando revertátur a núptiis: ut, cum vénerit et pulsáverit, conféstim apériant ei. Beáti servi illi, quos, cum vénerit dóminus, invénerit vigilantes: amen, dico vobis, quod præ-cínget se, et fáciet illos discúmbere, et tránsiens ministrábit illis. Et si vénerit in secúnda vigília, et si in tértia vigília vénerit, et ita invénerit, beáti sunt servi illi. Hoc autem scítote, quóniam, si sci-

ret paterfamiliás, qua hora fur veníret, vigiláret útique, et non síneret pérfodi domum suam. Et vos estóte paráti, quia, qua hora non putátis, Fílius hóminis véniet.

Offertorium Ps. 20, 3 et 4 Desidérium ánimæ ejus tribuísti ei, Dómine, et vo-luntáte labiòrum ejus non fraudásti eum: posuísti in cápite ejus corónam de lápide pretiósos.

Secreta

Sacris altáribus, Dómine, hóstias su-perpósitas sanctus Severínus Abbas, quásumus, in salútē nobis proveníre depóscat. Per Dóminum nostrum.

Pro Ss. Martyribus

Secreta

Preces, Dómine, tuórum réspice obla-tionésque fidélium: ut et tibi gratae sint pro tuórum festivitaté Sanctórum, et nobis cónferant tuæ propitiatiónis auxílium. (Per Dóminum nostrum.)

Pro S. Canuto

Secreta

Accépta sit in conspéctu tuo, Dómine, nostra devótio: et ejus nobis fiat supplicatióne salutáris, pro cuius solemnitáte defértur. Per Dóminum.

Communio Luc. 12, 42 Fidélis servus et prudens, quem constituit dóminus super familiam suam: ut det illis in témpore trítici mensúram.

Postcommunio

Prótegat nos, Dómine, cum tui per-cepcióne sacraménti beátus Se-Verínus Abbas, pro nobis intercedéndo: ut et conversatiónis ejus experiámur in-signia, et intercessiónis percipiámus suf-frágia. Per Dóminum nostrum.

Pro Ss. Martyribus Postcommunio

Sanctórum tuórum, Dómine, interces-siónē placátus: præsta, quásumus; ut, quæ temporálí celebrámus actiōne, perpétua salvatióne capiámus. (Per Dó-minum nostrum.)

Pro S. Canuto

Refécti participatióne múnieris sacri, quásimus, Dómine, Deus noster: ut, cujus exséquimur cultum, intercéde beátó Canúto Mártire tuo, sentiámus efféctum. Per Dóminum nostrum.

Die 25 vel 26 Februarii

S. WALBURGÆ VIRGINIS

Duplex

Missa Dilexísti, de Communi Virginum 3 loco, præter Orationes sequentes:

Oratio

P

Deus, qui inter innúmera grátiæ tuæ dona étiam in sexu femíneo tua operáris magnália: concéde propítius; ut beátæ Walbúrgæ Vírginis tuæ apud misericórdiam tuam patrocínia sentiámus, cujus non solum castitatis illustrárum exémplis, verum étiam miraculórum glória jucundámur. Per Dóminum nostrum.

Et, in Quadragesima, fit Commemoratio Feriæ in Missis non conventionalibus; et de ea legitur Evangelium in fine, juxta Rubricas.

Secreta

P

Sacrificium oblátum, quásimus, Dómine, beátæ Walbúrgæ Vírginis tuæ oráti majestati tuæ reddat accéptum: pro cujus veneránda commemoratíone tibi devóto offértur obséquio. Per Dóminum nostrum.

Postcommunio

P

Benedictiónis tuæ, Dómine, grátiam, intercedénte beátæ Walbúrga Vírgine tua, cósequi mereámur: ut, cujus venerándam glóriam prædicámus; ejus in ómnibus nostris necessitatibus auxílium sentiámus. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum: Qui tecum vivit et regnat.

Postcommunio

Die 15 Martii

S. CLEMENTIS MARÍÆ HOFBAUER CONFESSORIS

Duplex majus

Missa Justus, de Communi Confessoris non Pontificis 2 loco, præter Orationes sequentes:

Oratio

P

Deus, qui beátum Cleméntem Mariam miro fidei róbore et invictæ constántiae virtute décorasti; ejus méritis et exémplis fac nos, quásimus, ita fortes in fide et caritáte fervéntes; ut præmia consequámur aetérna. Per Dóminum nostrum.

Et, in Missis non conventionalibus, fit Commemoratio Feriæ; et de ea legitur Evangelium in fine, juxta Rubricas.

Secreta

P

Ille nos, quásimus, Dómine, devotio-
nis ignis accéndat; quo beátus Cle-
mens María, dum salutárem offéret
hóstiam, júgiter flagrávit. Per Dóminum.

Postcommunio

P

Caelésti pane reféctis concéde nobis,
omnipotens Deus; ut beáti Cle-
mén̄tis exémplo in fortitúdine cibi illíus
usque ad montem, qui Christus est, fe-
líciter perveniámus: Qui tecum vivit.

Die 27 Martii
S. RUPERTI
EPISCOPI ET CONFESSORIS

Duplex majus

Missa Státuit, de Communi Confessoris Pontificis 1 loco.

Et, in Quadragesima, fit Commemoratio Feriæ in Missis non conventionalibus; et de ea legitur Evangelium in fine, juxta Rubricas.

Die 5 Aprilis

B. CRESCENTIÆ HÖSS VIRGINIS
Duplex**Missa Dilexisti, de Communi Virginum**
3 loco, præter Orationes sequentes:**Oratio**

P

Deus, qui in beata Crescèntia Virgi-
ne tua christiānæ perfectiōnis ex-
emplum misericorditer tribuisti; præsta,
quæsumus; ut, ejus imitatiōni jūgiter
inhærēntes, gloriām consequāmur aetér-
nam. Per Dóminum nostrum.

**Et fit Commemoratio S. Vincentii Fer-
rierii Conf.:**

Oratio

Deus, qui Ecclésiam tuam beati Vin-
centii Confessoris tui méritis et
prædicatiōne illustrare dignatus es: con-
céde nobis fámulis tuis; ut et ipsius in-
struámur exémplis et ab ómnibus ejus
patrocínio liberémur adverſis. (Per Dó-
minum nostrum.)

**Deinde, in Quadragesima, fit Comme-
moratio Feriæ in Missis non conventual-
ibus; et de ea legitur Evangelium in
fine, juxta Rubricas.**

Secreta

P

Sacrificium, Dómine, quod offérimus,
súscipe placátus: et, intercedente
beata Crescèntia, quæ inter mundánas
sordes immaculatum virginitatis florem
custodívit, concéde; ut ómnia ópera no-
stra sint tibi sacrificium laudis in odó-
rem suavitatis. Per Dóminum nostrum.

Pro S. Vincentio Ferrerio**Secreta**

Laudis tibi, Dómine, hóstias immolá-
mus in tuórum commemoratiōne
Sanctórum: quibus nos et præséntibus
éxui malis confidimus et futúris. (Per
Dóminum nostrum.)

Postcommunio

P

Pretiōsi Córporis et Sanguinis tui
mystériis refécti, Dómine, precá-
mur; ut beatæ Crescèntiæ præclára vir-
tutum exémpla sequéntes; ómnibus amó-
tis periculis, ad te feliciter perveniāmus:
Qui vivis et regnas cum Deo Patre in
unitate Spíritus Sancti Deus.

Pro S. Vincentio Ferrerio**Postcommunio**

Refécti cibo potuque caeléstī, Deus
noster, te súpplices exorámus: ut,
in cuius hæc commemoratiōne percépi-
mus, ejus muniámur et précibus. (Per
Dóminum nostrum.)

Die 19 Aprilis

S. LEONIS IX
PAPÆ ET CONFESSORIS

Duplex

**Missa Státuit, de Communi Confesso-
ris Pontificis 1 loco.**

Et, in Quadragesima, fit Commemora-
tiō Feriæ in Missis non conventualibus;
et de ea legitur Evangelium in fine, juxta
Rubricas.

Die 21 Aprilis

S. CONRADI A PARZHAM
CONFESSORIS

Duplex II classis

Introitus Eccli. 35, 21

Oratiō humiliantis se nubes pene-
trabit: et donec propínquet non
consolábitur; et non discédet do-
nec Altissimus aspiciat, allelúja, alle-
lúja. Ps. 76, 2 Voce mea ad Dóminum
clamávi; voce mea ad Deum, et inténdit
mihi.

V. Glória Patri.

Oratio

Deus, qui misericordiae tuæ jânuam fidelibus patere voluisti: te súplices exoramus; ut, intercedente beato Conrado Confessore tuo, temporalia subsidia nobis tribaas et æterna. Per Dominum nostrum Jesum Christum, Filium tuum: Qui tecum vivit et regnat.

Et fit Commemoratio S. Anselmi Ep., Conf. et Doct.:

Oratio

Deus, qui populo tuo æternæ salutis beatum Ansélmum ministrum tribuisti: praesta, quæsumus; ut, quem Doctorem vitæ habuimus in terris, intercessorem habere mereamur in cælis. Per Dominum nostrum.

Lectio libri Sapientiae
Eccli. 31, 8-11

Beatus vir, qui inventus est sine mácula, et qui post aurum non abiit, nec speravit in pecúnia et thesauris. Quis est hic, et laudabimus eum? fecit enim mirabilia in vita sua. Qui probatus est in illo, et perfectus est, erit illi gloria æterna: qui potuit transgredi, et non est transgressus: facere mala, et non fecit: ideo stabilita sunt bona illius in Domino, et eleemosynas illius enarrabit omnis ecclesia sanctorum.

Tempore Paschali:

Alleluja, alleluja. **V. Ps. 111, 9** Dispérsit, dedit pauperibus; justitia ejus manet in sâculum sâculi. Alleluja. **V. 2 Mach. 15, 14** Hic est fratum amator et populi Israel: hic est qui multum orat pro populo. Alleluja.

In Missis votivis extra Tempus Paschale omittuntur Alleluja ad Introitum, Offertorium et Communionem, et post Epistolam dicitur

Graduale 2 Mach. 15, 12 Ecce virum bonum et benignum, verecundum visu, modestum móribus, manus pretendéntem. **V. Ibid., 14** Hic est fratum amator et populi Israel: hic est qui multum orat pro populo.

Alleluja, alleluja. **V. Ps. 111, 9** Dispérsit, dedit pauperibus; justitia ejus manet in sâculum sâculi. Alleluja.

Post Septuagesimam, omissis Alleluja et Versu sequenti, dicitur

Tractus Eccli. 29, 1 Qui facit misericordiam, feneratur proximo suo: et qui prévalet manu, mandata servat. **V. Ib., 14-15** Pone thesaurum tuum in præceptis Altissimi, et prôderit tibi magis quam aurum. **V. Conclûde eleemosynam in corde páuperis, et hæc pro te exorabit ab omni malo.**

Sequentia sancti Evangeli secundum Matthæum

Matth. 11, 25-30

In illo tempore: Respôndens Jesus, dixit: Confiteor tibi, Pater, Dómine cæli et terræ, quia abscondisti hæc a sapiéntibus et prudéntibus, et revelasti ea pârvulis. Ita Pater: quóniam sic fuit plácitum ante te. Omnia mihi trâdita sunt a Patre meo. Et nemo novit Filium, nisi Pater: neque Patrem quis novit, nisi Filius, et cui voluerit Filius revelare. Veníte ad me omnes, qui laboratis, et oneráti estis, et ego reficiam vos. Tôllite jugum meum super vos, et discite a me, quia mitis sum, et húmilius corde: et inveniétis réquiem animabus vestris. Jugum enim meum suáve est, et onus meum leue.

Credo, ratione Commemorationis S. Doctoris.

Offertorium Act. 10, 4 Orationes tuæ et eleemosynæ tuæ ascendérunt in memoriâ in conspectu Dei, alleluja.

Secreta

Oblatiōnes nostras tibi, Dómine, quāsumus, beāti Conrādi intercessio venerānda commēdet: quem coram tuis altāribus precātem supernōrum charismatū dulcēdine recreāsti. Per Dóminum nostrum.

Pro S. Anselmo**Secreta**

Sancti Ansēlmi Pontificis tui atque Doctoris nobis, Dómine, pia non desit orātio: quæ et múnera nostra conciliet; et tuam nobis indulgēntiam semper obtineat. Per Dóminum nostrum.

Communio Math. 11, 29 Díscite a me, quia mitis sum et húmiliis corde, alleluja.

Postcommunio

Súmpsimus, Dómine, tua sancta, beāti Conrādi mérita recoléntes: praesta, quāsumus; ut ejus semper et præcláro proficiámus exēmplo et fidéli muniámur auxílio. Per Dóminum nostrum.

Pro S. Anselmo **Postcommunio**

Ut nobis, Dómine, tua sacrificia dent salútem: beátus Ansēlmus Póntifix tuus et Doctor egrégius, quāsumus, precátor accédat. Per Dóminum.

Die 27 Aprilis**S. PETRI CANISII****CONFESSORIS ET ECCL. DOCT.****Duplex II classis****Introitus** Eccli. 15, 5

In médio Ecclésiæ apéruit os ejus: et implévit eum Dóminus spíritu sapientiæ et intelléctus: stolam gloriæ induit eum, alleluja, alleluja. **Ps. 91, 2** Bonum est confitíri Dómino: et psállere nómini tuo, Altíssime.

V. Glória Patri.**Oratio**

Deus, qui ad tuéndam cathólicam fidem beátum Petrum Confessorem tuum virtute et doctrina roborásti: concéde propítius; ut ejus exēmplis et móniis errántes ad salutem resipiscant, et fidéles in veritatis confessióne persevérent. Per Dóminum nostrum.

Léctio Epístolæ beati Pauli Apóstoli ad Timótheum **2 Tim. 4, 1-8**

Caríssime: Testíficor coram Deo, et Iesu Christo, qui judicatúrus est vivos et mórtuos, per advéntum ipsius et regnum ejus: prædica verbum, insta opportúne, importúne: argue, óbsecra, íncrepa in omni patientia, et doctrina. Erit enim tempus, cum sanam doctrinam non sustinébunt, sed ad sua desidéria coacervábunt sibi magístros, pruriéntes áuribus, et a veritatē quidem audítum avértent, ad fábulas autem converténtur. Tu vero vígila, in ómnibus labóra, opus fac Evangelistæ, ministérium tuum imple. Sóbrius esto. Ego enim jam delfbor, et tempus resolutiōnis meæ instat. Bonum certámen certávi, cursum consummávi, fidem servávi. In réliquo repósta est mihi coróna justitiæ, quam reddet mihi Dóminus in illa die, justus iudex: non solum autem mihi, sed et iis, qui diligunt advéntum ejus.

Alleluja, alleluja. **V. Ps. 118, 46** Loquébar de testimoniis tuis in conspéctu regum, et non confundébar. Alleluja. **V. 1 Cor. 9, 22** Omnia ómnibus factus sum, ut omnes fácerem salvos. Alleluja.

In Missis votivis per annum dicitur

Graduale Ps. 118, 129-130 Mirabília testimonia tua, Dómine, ídeo scrutáta est ea ánima mea. **V. Declaratio** sermónum tuórum illúminat et intelléctum dat párvulis.

Allelúja, allelúja. **V. Ps. 108, 30** Confítabor Dómino nimis in ore meo: et in médio multórum laudábo eum. Allelúja.

Post Septuagesimam, omissis Allelúja et Versu sequenti, dicitur

Tractus Ps. 118, 104, 105 et 158 A mandátis tuis intelléxi, propterea odívi omnem viam iniquitátis. **V. Lucérna pédibus meis verbum tuum, et lumen sémitis meis.** **V. Vidi prævaricántes et tascébam, quia elóquia tua non custodiérint.**

Sequentia sancti Evangélii secundum Matthéum

Matth. 5, 13-19

In illo témpore: Dixit Jesus discípulis suis: Vos estis sal terræ. Quod si sal evanérit, in quo saliétur? Ad nphilum valet ultra, nisi ut mittáatur foras, et conculcétur ab homínibus. Vos estis lux mundi. Non potest cívitas abscondi supra montem pósita. Neque accéndunt lucernam, et ponunt eam sub módio, sed super candelábrum, ut lúceat ómnibus qui in domo sunt. Sic lúceat lux vestra coram homínibus, ut videant ópera vestra bona, et gloríficent Patrem vestrum, qui in cælis est. Nolíte putare, quóniam veni sólvere legem aut prophétas: non veni sólvere, sed adimplére. Amen, quippe dico vobis, donec tránseat cælum et terra, iota unum aut unus apex non præteribit a lege, donec ómnia fiant. Qui ergo sólverit unum de mandátis istis mínimis, et docúerit sic homines, míminus vocábitur in regno cælórum: qui autem fecerit et docuerit, hic magnus vocábitur in regno cælórum.

Credo.

Offertorium Ps. 33, 12 Veníte, filii, audíte me: timórem Dómini docébo vos, allelúja.

Secreta

Sanctifica, misericors Deus, hæc múnnera tibi oblata, et Ecclésiæ tuæ, beátó Petro intercedénte, unitatis et pacis propítius dona concéde. Per Dóminum nostrum.

Communio Is. 12, 3 Hauriéatis aquas in gáudio de fóntibus Salvatóris, allelúja.

Postcommunio

Sacrificium, Dómine, quod in honorem beáti Petri Confessóris tui atque Doctóris obtúlimus: fidem nostram, spem et caritatem áugeat, et Ecclésiam tuam nova semper prole lætificet. Per Dóminum nostrum.

Sabbato primo mensis Maji

IN SOLEMNITATE B. MARIAE VIRG.
PATRONÆ BAVARIAE

Duplex I classis

**¶ Extra Tempus Paschale omittuntur
Allelúja ad Introitum, Offertorium et
Communionem.**

Introitus

Gaudeámus omnes in Dómino, Patrocínium celebrantes gloriósae Virginis Maríæ, de cuius solemnitate gaudent Angeli et colláudant Fílium Dei, allelúja, allelúja. **Ps. 43, 2** Deus, áuribus nostris audívimus: patres nostri annuntiavérunt nobis.

V. Glória Patri.

Oratio

Deus, qui dilécti Fílii tui Genitricem nobis Matrem ac Patrónam dare dignátus es: concéde propítius; ut sub hujus Matris tutela ab omni hóstium defendámur incurru, et sine timore in sanctitatem et justitiam tibi serviámus. Per eúndem Dóminum nostrum.

Léctio libri Apocalýpsis beáti Joánnis Apóstoli

Apoc. 12, 1, 5, 10 et 17

Signum magnum appáruit in cælo: mûlier amícta sole et luna sub péribus ejus et in cápite ejus coróna stellárum duódecim. Et péperit filium másculum, qui rectúrus erat omnes gentes in vírga férrea, et raptus est filius ejus ad Deum et ad thronum ejus. Et audívi vocem magnam in cælo dicéntem: Nunc facta est salus et virtus et regnum Dei nostri et potéstas Christi ejus, quia prójectus est accusátor fratrū nostrorū, qui accusábat illos ante conspéctum Dei nostri die ac nocte. Et irátus est draco in muliérem et ábiit fácerē prælium cum reliquias de sémine ejus, qui custódiunt mandáta Dei et habent testimónium Jesu Christi.

Allelúja, allelúja. **V. Num. 17, 8** Virga Jesse flóruit: Virgo Deum et hóminem géniit: pacem Deus réddidit, in se reconcilians ima summis. Allelúja. **V. Luc. 1, 28** Ave, María, grácia plena; Dóminus tecum: benedicta tu in muliéribus. Allelúja.

Extra Tempus Paschale

Graduale Cant. 6, 3 et 9 Tota formósa et suávis es, fília Sion; pulchra ut luna, elécta ut sol, terribilis ut castrorū ácies ordináta. **V. Judith 13, 22** Benedixit te Dóminus in virtúte sua, quia per te ad níhil redégit inimícos nostros.

Allelúja, allelúja. **V. Luc. 1, 28** Ave, María, grácia plena; Dóminus tecum: benedicta tu in muliéribus. Allelúja.

In Missis votivis post Septuagesimam, omissis Allelúja et Versu sequenti, dicitur

Tractus Ps. 44, 11 et 12 Audi, fília, et vide, et inclína aurem tuam: quia con-

cupívit Rex spéciem tuam. **V. Ib. 13 et 10**

Vultum tuum deprecabúntur omnes dívites plebis: filiæ regum in honóre tuo. **V. Ibid. 15-16** Adducéntur Regi vírgines post eam: próximæ ejus afferéntur tibi. **V.** Afferéntur in lætitia et exsultatióne: adducéntur in templum Regis.

+ Sequéntia sancti Evangélii secún-
dum Joánnem

Joann. 2, 1-11

In illo tempore: Núptiæ factæ sunt in Cana Galiléæ: et erat Mater Jesu ibi. Vocátus est autem et Jesus, et discípuli ejus ad núptias. Et deficiént vino, dicit Mater Jesu ad eum: Vinum non habent. Et dicit ei Jesus: Quid mihi et tibi est, mûlier? nondum venit hora mea. Dicit Mater ejus ministris: Quodcúmque díixerit vobis, fácite. Erant autem ibi la-
pídeæ hýdriæ sex pósitæ secúndum purificatióneum Judæórum, capientes singulæ metrétas binas vel ternas. Dicet eis Jesus: Impléte hýdrias aqua. Et imple-vérunt eas usque ad sumnum. Et dicit eis Jesus: Hauríte nunc, et ferte archi-tríclíno. Et tulérunt. Ut autem gustávit architriclínus aquam vinum factam, et non scíebat unde esset, ministrí autem scíebant, qui háuserant aquam: vocat sponsum architriclínus, et dicit ei: Omnis homo primum bonum vinum ponit: et cum inebríati fúerint, tunc id, quod detérius est. Tu autem servásti bonum vinum usque adhuc. Hoc fecit inítiu signórū Jesus in Cana Galiléæ: et maniféstávit glóriam suam, et credidé-runt in eum discípuli ejus.

Credo.

Offertorium Jerem. 18, 20 Recordáre, Virgo Mater, in conspéctu Dei, ut loquáris pro nobis bona, et ut avértat indig-natióneum suam a nobis, allelúja.

Secreta

Præsta, quæsumus, omnipotens Deus: ut, præcibus beatæ Maríæ semper Vírginis, cuius Patrocinio gloriárum, fidéles tui hóstiam salutárem tibi fer-véntius ófferant, et consequántur efféc-tum. Per Dóminum nostrum.

Præfatio de B. Maria Virg. Et te in Festivitáte.

Communio Cant. 2, 3 Sub umbra il-lus, quem desideráveram, sedi, et fruc-tus ejus dulcis gútturi meo, allelúja.

Postcommunio

Cælestibus pasti delfciis, te súpli-ces deprecámur, Dómine, Deus noster: ut, beatæ Maríæ semper Vírgine protegénte, ab erróribus sǽculi carnís-que illécebris servát, et in fide inveniá-mur stábiles et in ópere eficáces. Per Dóminum nostrum.

Die 4 Maji

S. FLORIANI MARTYRIS

Duplex majus

Missa Protexísti, de Communi Martyr-um Tempore Paschali 1 loco, præter Orationem sequentem:

Oratio

Deus, qui nos ánnua beati Floriáni Mártyris tui gloriósæ passiónis solemnitáte lætíficas: sólita pietatis tuæ largítate concéde benígnus; ut, cuius honóri célebrem triúmphum pio amóre venerámur in terris, societátis ejus læ-titiam adipisci te largiénte mereámur in cælis. Per Dóminum nostrum.

Et fit Commemoratio S. Monicæ Viduæ:

Oratio

Deus, mæréntium consolátor et in te sperántium salus, qui beatæ Mó-nicæ pias lácrimas in conversióne filii

sui Augustíni misericórditer suscepísti: da nobis utriúsque intervéntu; peccáta nostra deploráre, et grátiæ tuæ indul-géntiam invenire. Per Dóminum.

Secreta

C4

Accépta sit in conspéctu tuo, Dómine, nos tra devótio: et ejus nobis fiat supplicátiōne salutáris, pro cujus solem-nitatē defértur. Per Dóminum nostrum.

Pro S. Monica

Secreta

Accépta tibi sit, Dómine, sacratæ ple-bis oblátio pro tuórum honóre Sanctórum: quorum se méritis de tribu-latiōne percepísse cognósctit auxílium. Per Dóminum nostrum.

Postcommunio

C4

Refécti participatiōne múnneris sacri, quæsumus, Dómine, Deus noster: ut, cuius exséquimur cultum; intercé-dente beato Floriáno Mártyre tuo, sentiámus efféctum. Per Dóminum nostrum Iesum Christum, Fílium tuum: Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus.

Pro S. Monica

Postcommunio

Satiásti, Dómine, familiam tuam mu-néribus sacris: ejus, quæsumus, semper interventiōne nos rélove, cuius solémnia celebrámus. Per Dóminum.

Die 5 Maji

S. GODEHARDI
EPISCOPI ET CONFESSORIS

Duplex majus**Introitus Ps. 131, 9-10**

Sacerdótes tui, Dómine, índuant ju-stitiām, et sancti tui exsúltent: prop-ter David servum tuum, non avér-tas fáciem Christi tui, allelúja, allelúja.

Ps. ibid., 1 Meménto, Dómine, David: et omnis mansuetudinis ejus.

V. Glória Patri.

Oratio

Deus, qui hodiernam diem in beáti Godehárdi Confessóris tui atque Pontíficis festivitáte nobis honorábilem fecísti: præsta, quásumus; ut, cujus celebritáte ánnua exsultámus, ejus suffrágiis adjuvémur. Per Dóminum nostrum.

Et fit Commemoratio S. Pii V Papae et Conf.:

Oratio

Deus, qui, ad conteréndos Ecclésiæ tuæ hostes et ad divínū cultum reparándum, beátum Pium Pontíficem Máximum elígere dignátus es: fac nos ipsíus deféndi præsidiis et ita tuis in-hæreré obséquii; ut, ómnium hóstium superátis insídiis, perpétua pace lætemur. Per Dóminum nostrum.

Léctio Epístolæ beáti Pauli Apóstoli ad Hebráeos **Hebr. 13, 7-17**

Fratres: Mementóte præpositórum vestrórum, qui vobis locúti sunt verbum Dei: quorum intuéntes exítum conversatiónis, imitámini fidem. Jesus Christus heri, et hodie: ipse et in sécula. Doctrínis várīis et peregrínis nolite abdúci. Optimum est enim grátia stabilfere cor, non escis, quæ non profuérunt ambulántibus in eis. Habémus altáre, de quo édere non habent potestátem, qui tabernáculo desérviunt. Quorum enim animálium infértur sanguis pro peccáto in Sancta per pontíficem, horum córpora cremántur extra castra. Propter quod et Jesus, ut sanctificáret per suum sanguinem pópulum, extra portam passus est. Exeámus igitur ad eum extra castra impropérium ejus portántes. Non enim habémus hic manéntem civitátem, sed futúram inquirimus. Per ipsum ergo oferámus hóstiam laudis semper Deo, id est fructum labiòrum confiténtium nómini ejus. Benefícíiae autem et com-

muniónis nolite oblívisci: tálibus enim hóstis promerétur Deus. Oboédite præsítis vestris et subjacéte eis. Ipsi enim pervigilant, quasi ratióinem pro animábus vestris redditúri.

Allelúja, allelúja. **V. Ps. 109, 4** Jurávit Dóminus, et non poenitébit eum: Tu es sacérdos in æténum, secúndum órdinem Melchísedech. Allelúja. **V. Eccli. 45, 9** Amávit eum Dóminus, et ornávit eum: stolam gloriæ induit eum. Allelúja.

+ Sequéntia sancti Evangélii secún-dum Matthéum

Matth. 24, 42-47

In illo témpore: Dixit Jesus discípulis suis: Vigiláte, quia nescísis, qua hora Dóminus vester ventúrus sit. Illud autem scítote, quóniam, si sciret paternfamilias, qua hora fur ventúrus esset, vigiláret útique, et non sineret péríodi domum suam. Ideo et vos estóté paráti: quia qua nescísis hora Fílius hóminis ventúrus est. Quis, putas, est fidélis ser-vus et prudens, quem constitútuit dómīnus suus super famíliam suam, ut det illis cibum in témpore? Beátus ille servus, quem, cum vénerit dómīnus ejus, invénerit sic faciéntem. Amen, dico vobis, quóniam super ómnia bona sua constí-tuet eum.

Offertorium Ps. 88, 25 Véritas mea et misericórdia mea cum ipso: et in nō-mine meo exaltábitur cornu ejus, alle-lúja.

Secreta

Sancti Godehárdi Confessóris tui atque Pontíficis, quásumus, Dómine, ánnua solémnitas pietáti tuæ nos redat accéptos: ut, per haec piæ placatiónis officia, et illum beáta retribúto comítetur, et nobis grátiae tuæ dona concíliet. Per Dóminum nostrum.

Pro S. Pio

Sancti tui, quásumus, Dómine, nos ubíque lætificent: ut, dum eórum mérita recólimus, patrocínia sentiámus. Per Dóminum nostrum.

Communio Matth. 24, 46-47 Beátus servus, quem, cum vénerit dómīnus, invénerit vigilántem: amen, dico vobis, super ómnia bona sua constituet eum, allelúja.

Postcommunio

Deus, fidélium remunerátor animárum: præsta; ut beáti Godehárdi Confessóris tui atque Pontíficis, cuius venerándam celebrámus festivitátem, précibus indulgéntiam consequámur. Per Dóminum nostrum.

Pro S. Pio**Postcommunio**

Prästa, quásumus, omnípotens Deus: ut, de percéptis munéribus grátiás exhibéntes, intercedénte beáto Pio Confessóre tuo atque Pontifice, benefícia potióra sumámus. Per Dóminum.

Die 16 Maii

S. JOANNIS NEPOMUCENI MART.

Duplex majus**Introitus Eccli. 51, 30**

Dedit mihi Dóminus linguam mercédem meam: et in ipsa laudábo eum, allelúja, allelúja. Ps. 38, 2 Dixi: Custódiam vias meas, ut non delinquam in lingua mea.

¶ Glória Patri.

Oratio

Deus, qui ob invictum beáti Joánnis sacramentálē siléntium nova Ecclésiam tuam martýrii coróna decorásti: da; ut, ejus exémplo et intercessióne, ori nostro custódiam ponéntes, beatís, qui lingua non sunt lapsi, annumeré-

Secreta

mur. Per Dóminum nostrum Iesum Christum, Fílium tuum: Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus.

Et fit Commemoratio S. Ubaldi:**Oratio**

Auxílium tuum nobis, Dómine, quásumus, placátus impénde: et, intercessióne beáti Ubáldi Confessóris tui atque Pontíficis, contra omnes diáboli nequítias déxteram super nos tuæ propitiatiónis exténde. Per Dóminum.

Léctio libri Sapiéntiæ**Eccli. 21, 26-31**

Stultus a fenéstra respíciet in domum: vir autem eruditus foris stabit. Stultitia hóminis auscultáre per óstium: et prudens gravábitur contumélia. Lábia imprudéntium stulta narrábunt: verba autem prudéntium statéra ponderabúntr. In ore satuórum cor illórum: et in corde sapiéntium os illórum. Dum maledícit ímpius diábolum, maledícit ipse ánimam suam. Susúrro coinquinabit ánimam suam, et in ómnibus odiétur: et, qui cum eo mánserit, odiósus erit: tácitus et sensátus honorábitur.

Allelúja, allelúja. **V. Eccli. 25, 11** Beátus, qui lingua sua non est lapsus, et qui non servívit indígnis se. Allelúja. **V. Prov. 10, 31 et 12, 18** Lingua pravórum períbit: lingua autem sapiéntium est sánitas. Allelúja.

Extra Tempus Paschale

Graduale **Prov. 11, 13** Qui ámbulat fraudulénter, revélat arcána: qui autem fidélis est ánimi, celat. **V. Ps. 14, 1 et 3** Dómine, quis habitábit in tabernáculo tuo, aut quis requiéscet in monte sancto tuo? Qui non egit dolum in lingua sua: nec fecit próximo suo malum.

Allelúja, allelúja. **V. Eccli. 25, 11** Beátus, qui lingua sua non est lapsus, et qui non servívit indígnis se. Allelúja.

Sequentia sancti Evangeli secundum Matthaeum
Matth. 11, 2-10

In illo tempore: Cum audisset Joannes in vinculis opera Christi, mittens duos de discipulis suis, ait illi: Tu es, qui venturus es, an alium exspectamus? Et respondens Jesus, ait illis: Euntes renuntiate Joanni, quae audistis et vidistis. Caezi vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgent, pauperes evangelizantur: et beatus est, qui non fuerit scandalizatus in me. Illis autem abeuntibus, coepit Jesus dicere ad turbas de Joanne: Quid existis in deserto videre? arundinem vento agitatam? Sed quid existis videre? hominem mollibus vestitus? Ecce, qui mollibus vestiuntur, in domibus regum sunt. Sed quid existis videre? Prophetam? Etiam dico vobis, et plus quam Prophetam. Hic est enim, de quo scriptum est: Ecce, ego mitto Angelum meum ante faciem tuam, qui preparabit viam tuam ante te.

Offertorium Eccli. 42, 1 Non duplices sermonem de revelatione sermonis absconditi, et eris vere sine confusione: et inveneris gratiam in conspectu omnium hominum, alleluja.

Secreta

Haec tua, Domine, sacra mysteria illum in nobis, quae sumus, ignem accendant: quo inclitus Martyr et Sacerdos tuus Joannes, ea peragendo, flagrabat. Per Dominum nostrum.

Pro S. Ubaldo **Secreta**

Sancti tui, quae sumus, Domine, nos subique laetificant: ut, dum eorum merita recolimus, patrocnia sentiamus. Per Dominum nostrum.

Communio Is. 6, 6-7 Volavit ad me unus de Seraphim: et in manu ejus cal-

ulus, quem tulera de altari, et tetigit os meum, alleluia.

Postcommunio

Fragilitatem nostram, Domine, celestis haec mensa fortium pane confirmet: qui beati Martiris et Sacerdotis tui Joannis tentatam contra honorem sacramenti constantiam, jupiter aluit ad victoriam. Per Dominum nostrum.

Pro S. Ubaldo **Postcommunio**

Praesta, quae sumus, omnipotens Deus: ut, de percptis munibibus gratias exhibentes, intercedente beato Ubaldo Confessore tuo atque Pontifice, beneficia potiora sumamus. Per Dominum.

Die 31 Maji

**BEATÆ MARLÆ VIRGINIS
OMNIUM GRATIARUM MEDIATRICIS**

Duplex majus

Introitus Hebr. 4, 16

Adeamus cum fiducia ad thronum gratiae, ut misericordiam consequamur et gratiam inveniamus in auxilio opportuno. (T. P. Alleluja, alleluja.) **Ps. 120, 1** Levavi oculos meos in montes: unde veniet auxilium mihi.

V. Gloria Patri.

Oratio

Domine Iesu Christe, noster apud Patrem mediator, qui beatissimam Virginem, Matrem tuam, matrem quaque nostram et apud te mediatrixem constitutere dignatus es: concede propitiis; ut, quisquis ad te beneficia petiturus accesserit, cuncta se per eam impetrasset laetetur: Qui vivis et regnas cum eodem Deo Patre.

Et fit Com. S. Angelæ Mericiæ Virg.: Oratio

Deus, qui novum per beatam Angelam sacrarum Virginum collegium in Ecclesia tua florescere voluisti: da

nobis, ejus intercessióne, angélicis móribus vívere; ut, terrénis ómnibus abdicáti, gáudiis pérfrui mereámur ætérnis. (Per Dóminum nostrum.)

Deinde Com. S. Petronillæ Virg.:

Oratio

Exáudi nos, Deus, salutáris noster: Ut, sicut de beatæ Petronillæ Vírginis tuæ festivitaté gaudémus; ita piæ devotíonis erudiámur afféctu. Per Dóminum nostrum.

Léctio Isaíæ Prophétæ

Is. 55, 1-3 et 5

Omnes sitiéntes, veníte ad aquas: et qui non habétis argéntum, propterá, émitte et comédite: veníte, émitte absque argénto et absque ulla commutatíone vinum et lac. Quare appéndit argéntum non in pánibus, et labórem vestrum non in saturitaté? Audíte audiéntes me, et comédite bonum, et delectábitur in crassítudine ánima vestra. Inclináte aurem vestram, et veníte ad me: audíte, et vivet ánima vestra. Ecce, gentem, quam nesciébas, vocábis: et gentes, quæ te non cognovérunt, ad te current propter Dóminum, Deum tuum, et sanctum Israel, quia glorificávit te.

Graduale Eccli. 24, 25-26 In me grácia omnis viæ et veritatis, in me omnis spes vitæ et virtutis. **V.** Transíte ad me, omnes, qui concupiscitis me, et a generatióibus meis implémíni.

Allelúja, allelúja. **V.** Salve, Mater misericordiæ, Mater spei et grátiae, o María. Allelúja.

Tempore autem Paschali omittitur Graduale, et ejus loco dicitur:

Allelúja, allelúja. **V.** Is. 60, 4 Leva in circúitu óculos tuos, et vide: omnes isti congregáti sunt, venérunt tibi. Allelúja.

V. Fílii tui de longe vénient, et fíliæ tuæ de látere surgent. Allelúja.

+ Sequéntia sancti Evangélii secún-dum Joánnem

Joann. 19, 25-27

In illo témpore: Stabant juxta Crucem Iesu Mater ejus, et soror Matris ejus, María Cléophæ, et María Magdaléne. Cum vidísset ergo Jesus Matrem, et discípulum stantem, quem diligébat, dicit Matri suæ: Múlier, ecce fílius tuus. Deinde dicit discípulo: Ecce Mater tua. Et ex illa hora accépit eam discípulus in sua.

Credo.

Offertorium Jer. 18, 20 Recordáre, Virgo Mater, in conspéctu Dei, ut loquáris pro nobis bona, et ut avértat indignatió-nem suam a nobis. (T. P. Allelúja.)

Secreta

Matris tuæ ac mediatriçis nostræ précibus, Dómine, quásumus: hæc hostiárum oblátio nosmetípsos, tua grátia largíente, tibi perficiat munus ætérnum: Qui vivis et regnas.

Pro S. Angela

Secreta

Hóstia, Dómine, quam tibi beatæ Angeliæ memóriam recoléntes offérimus, et nostræ pravitatis véniam implóret, et grátiae tuæ nobis dona concílet. (Per Dóminum nostrum.)

Pro S. Petronilla

Secreta

Accépta tibi sit, Dómine, sacratæ plenis oblátio pro tuórum honóre Sanctórum: quorum se méritis de tribulatióne percepsisse cognóscit auxílium. Per Dóminum nostrum.

Praefatio de B. Maria Virg. Et te in Festivitaté.

Communio Esth. 15, 17 Valde mirabilis es, o María, et fácies tua plena est gratiárum. (T. P. Allelúja.)

Postcommunio

Subvéniat nobis, Dómine, beátæ Máríæ, Matris tuæ ac nostræ mediatriæcis, oráio: ut per hæc sacrosáncta comércia, tua grátia largiénte, ad redempcionis ætérnæ proficiámus augmémentum: Qui vivis et regnas.

Pro S. Angela Postcommunio

Cælesti alimónia refécti, súpplices te, Dómine, deprecámur: ut, beátæ Angelæ précibus et exémplo ab omni labe mundáti, et córpore tibi placeámus et mente. (Per Dóminum.)

Pro S. Petronilla Postcommunio

Satiásti, Dómine, familiam tuam munéribus sacris: ejus, quásumus, semper interventiōne nos réfove, cujus solémnia celebrámus. Per Dóminum.

Die 5 Junii

**S. BONIFATII
EPISCOPI ET MARTYRIS**

Duplex II classis

Missa ut in Missali hac die, mutato ritu.

Die 16 Junii

**S. BENNONIS
EPISCOPI ET CONFESSORIS**

Duplex majus

Missa Státuit, de Communi Confessoris Pontificis 1 loco, præter Orationes sequentes:

Oratio P

Deus, qui nos beáti Bennónis Pontificis confessione gloriósa circúmdas et prótegis: da nobis, et ejus imitacione proficere, et intercessiōne gaudére. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum: Qui tecum vivit et regnat.

Secreta

P

Sanctus tuus, quásumus, Dómine, Benno Conféssor et Póntifex nos ubique lætificet: ut, dum ejus recólimus mérita gloriósa, apud te semper patrocínia sentiámus. Per Dóminum.

Postcommunio

P

Quásumus, Dómine, salutáribus repléti mystériis; ut sancti tui Bennónis Confessóris et Pontíficis, cujus solémnia celebrámus, étiam intercessiōne adjuvémur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum: Qui tecum vivit et regnat.

Die 22 Junii

SS. ACHATII ET SOCIORUM MM.

Commemoratio

Oratio

Deus, qui nos concédis sanctórum Mártirum tuórum Achátii et Sociórum ejus natalitia cólere: da nobis in ætérna beatitúdine de eórum societate gaudére. Per Dóminum nostrum.

Secreta

Múnera tibi, Dómine, nostræ devotiónis offérimus: quæ et pro tuorum tibi grata sint honóre Justórum, et nobis salutária, te miseránte, redántur. Per Dóminum nostrum.

Postcommunio

Prästa nobis, quásumus, Dómine: intercedéntibus sanctis Martýribus tuis Achátio et Sóciis ejus; ut, quod ore confingimus, pura mente capiámus. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum: Qui tecum vivit et regnat.

¶ Sicubi de eis dicenda sit integra Missa, sumitur Missa Sapientiam, de Communi plurimorum Martyrum 2 loco.

Die 4 Julii
S. UDALRICI EP. ET CONF.

Duplex

Missa Sacerdótes tui, de Communi Confessoris Pontificis 2 loco, præter Evangelium Homo péregre, de eodem Communi 1 loco et cum Oratione sequenti:

Oratio**P**

Deus, qui cónspicis, quia ex nulla nostra virtute subsístimus: concéde propítius; ut intercessióne beáti Udalríci Confessóris tui atque Pontificis contra ómnia advérsa muniámur. Per Dóminum nostrum.

Et fit Commemoratio Octavæ Ss. Petri et Pauli Apostolorum:

Oratio

Deus, qui hodiérnam diem Apostolorum tuórum Petri et Pauli martyrio consecrásti: da Ecclésiæ tuæ, eórum in ómnibus sequi præceptum; per quos religiónis sumpsit exórdium. Per Dóminum nostrum.

Secreta**C**

Sancti Udalríci Confessóris tui atque Pontificis, quás sumus, Dómine, ánnua solémnitas pietati tuæ nos reddat accéptos: ut, per hæc piæ placatiónis officia, et illum beáta retribúto comitétur, et nobis grátiae tuæ dona concíliet. Per Dóminum nostrum.

Pro Octava**Secreta**

Hóstias, Dómine, quas nómini tuo sacrándas offérimus, apostólica prosequáтур orátio: per quam nos expíari tríbus et deféndi. Per Dóminum.

Postcommunio**C**

Deus, fidélium remunerátor animárum: præsta; ut beáti Udalríci Confessóris tui atque Pontificis, cuius

venerándam celebrámus festivitatēm, précibus indulgéntiam consequámur. Per Dóminum nostrum.

Pro Octava**Postcommunio**

Quos cælesti, Dómine, aliménto satiásti: apostólicis intercessióibus ab omni adversitatē custódi. Per Dóminum nostrum.

Die 9 Julii

S. WILLIBALDI
EPISCOPI ET CONFESSORIS

Duplex

Introitus

Gaudeámus omnes in Dómino, diem festum celebrántes sub honore sancti Willibálidi, de cujus solemnitate gaudent Angeli et colláudant Fílium Dei. **Ps. 91, 13 et 14** Justus ut palma florébit, sicut cedrus Líbani multiplicabitur in domo Dómini.

V. Glória Patri.**Oratio**

Deus, qui gloriósum Pontificem tuum Willibálđum, Anglórum regni herédem, hodiérna die ad ætérrnam Angelorum hereditatēm transtulísti: concéde propítius; ut ejus méritis et intercessióne coherédes ipsíus in tua glória esse meréamur. Per Dóminum nostrum.

Léctio Epístolæ beáti Pauli Apóstoli ad Hebráeos

Hebr. 7, 23-27

Fratri: Plures facti sunt sacerdótes, idcirco quod morte prohiberéntur permanére: Jesus autem, eo quod maneat in ætérrnum, sempitérnum habet sacerdótium. Unde et salvare in perpetuum potest accédentes per semetípsum ad Deum: semper vivens ad interpelándum pro nobis. Talis enim decébat,

ut nobis esset póntifex, sanctus, ínnocens, impollútus, segregátus a peccatóribus, et excélsior cælis factus: qui non habet necessitátem quotídie, quem-ámodum sacerdótes, prius pro suis delictis hóstias offérre, déinde pro pópuli: hoc enim fecit semel, seíspsum offeréndo, Jesus Christus, Dóminus noster.

Graduale Ps. 131, 16-17 Sacerdótes ejus índuam salutári: et sancti ejus exsultatióne exsultábunt. **V.** Illuc pródúcam cornu David: parávi lucérrnam Christo meo.

Allelúja, allelúja. **V. Ps. 109, 4** Jurávit Dóminus, et non pœnitébit eum: Tu es sacérdos in aëternum, secúndum órdinem Melchísedech. Allelúja.

+ Sequéntia sancti Evangélii secún-dum Matthéum

Matth. 19, 27-29

In illo témpore: Dixit Petrus ad Jesum: Ecce, nos relíquimus ómnia, et secúti sumus te: quid ergo erit nobis? Jesus autem dixit illis: Ámen, dico vobis, quod vos, qui secúti estis me, in regeneratióne, cum séderit Fílius hóminis in sede majestatis suæ, sedébitis et vos super sedes duódecim, judicántes duódecim tribus Israel. Et omnis, qui relíquerit domum, vel fratres, aut soróres, aut patrem, aut matrem, aut uxórem, aut fílios, aut agros, propter nō-men meum, céntrum plumb accípiet, et vitam aëternam possidébit.

Offertorium Ps. 88, 25 Véritas mea et misericórdia mea cum ipso: et in nō-mine meo exaltábitur cornu ejus.

Secreta

Haec oblátio, Dómine Deus, nostri cordis óculos illústret: ut per beáti Willibáldi Confessóris tui atque Pontí-

fícis, cuius natalítia cólimus, mérita te veráciter agnoscámus, et aëternáliter vi-dére mereámur. Per Dóminum.

Communio Matth. 24, 46-47 Beátus servus, quem, cum vénerit dóminus, invénerit vigilántem: amen, dico vobis, super ómnia bona sua constitúet eum.

Postcommunio

Sumpta sacraménta nos, Dómine, sanctificent: ut per intercessióinem gloriósi Pontíficis tui Willibáldi, cuius hódie natalítia cólimus, ad gáudia vita cælestis transfíre valeámus. Per Dómi-num nostrum.

Die 15 Julii

S. HENRICI

IMPERATORIS, CONFESSORIS

Duplex

Missa ut in Missali hac die, mutato ritu.

Die 17 Julii

B. IRMENGARDIS VIRGINIS

Duplex

Missa Dilexísti, de Communi Virgi-num 3 loco, præter Orationes sequentes:

Oratio

P

Dómine Jesu, qui beátam Irmengár-dem, Vírginem tuam, mundi delicias despícere et nōmini tuo benedícere fecísti: præsta, quássumus; ut ejus intercessióne ómnibus diébus vitæ nostræ tibi placeámus: Qui vivis et regnas.

Et fit Commemoratio S. Alexii Confes-soris:

Oratio

Deus, qui nos beáti Aléxii Confessóris tui ánnua solemnitáte lætíficas: concéde propítius; ut, cuius natalítia cólimus, étiam actiōnes imitémur. Per Dóminum nostrum.

Secreta**P**

Benedictio tua, Dómine, larga descéndat, quæ, beátæ Vírginis Irmengárdis suffrágii, múnera nostra tibi redat accépta et nobis sacraméntum redemptiōnis perficiat. Per Dóminum.

Pro S. Alexio**Secreta**

Laudis tibi, Dómine, hóstias immolámus in tuórum commemoratione Sanctórum; quibus nos et præsentibus éxui malis confidimus et futúris. Per Dóminum nostrum.

Postcommunio**P**

Beatæ Irmengárdis præcibus confisi: quæsumus, Dómine; ut per ea, quæ súmpsimus, atérrna remédia capiámus. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum: Qui tecum vivit et regnat.

Pro S. Alexio**Postcommunio**

Refécti cibo potúque cælesti, Deus noster, te súpplices exorámus: ut, in cujus hæc commemoratione percépimus, ejus muniámur et præcibus. Per Dóminum nostrum.

Die 27 Julii

DEDICATIO**ECCLESIAE CATHEDRALIS****Duplex I classis cum Octava communi****Missa Terríbilis, ut in Communi Dedi-**
cationis Ecclesiæ.**I**nfra Octavam de ea fit Commemo-
ratio, juxta Rubricas.**Die 30 Julii autem fit de ipsa Octava**
et dicitur Missa ut in Festo cum Com-
memoratione Ss. Abdon et Sennen Mm.,
ut in Missali eadem die, et 3^a Oratione
de sancta Maria Concéde.**Item in die Octava dicitur Missa ut in**
Festo sine Commemoratione.

Die 7 Augusti

S. AFRÆ MARTYRIS**Commemoratio****Oratio**

Deus, qui inter cétera poténtiae tuæ mirácula étiam in sexu frágili vicitóriam martyrii contulisti: concéde propítius; ut, qui beátæ Afræ Mártyris tuæ natalítia cólimus, per ejus ad te exémpla gradiámur. Per Dóminum nostrum.

Secreta

Súscipe, Dómine, múnera, quæ in beátæ Afræ Mártyris tuæ solemnité deférimus: cujus nos confidimus patrocínio liberári. Per Dóminum.

Postcommunio

Auxiliéntur nobis, Dómine, sumpta mystéria: et, intercedénte beátæ Afra Mártyre tua, sempitérna fáciant protectione gaudére. Per Dóminum.

ISicubi de ea dicenda sit integra Mis-
sa, sumitur Missa Me exspectavérunt,
de Communi non Virginum 1 loco.

Die 8 Augusti

S. ALTMANNI*EPISCOPI ET CONFESSORIS****Duplex majus****Missa Státuit, de Communi Conf. Pont.**
1 loco, præter sequentia:**Oratio****P**

Deus, qui ad Ecclésiæ tuæ libertátem et decórem promovéndum sanctum Altmánnum Confessórem tuum atque Pontíficem ánni fortitudine roborásti: ejus intercessióne concéde; ut advérsa ómnia superántes in terris, coronári cum ipso mereámur in cælis. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum: Qui tecum vivit et regnat.

Et fit Commemoratio Ss. Cyriaci, Largi et Smaragdi Mm.:

Oratio

Deus, qui nos ánnua sanctórum Mártium tuórum Cyríaci, Largi et Smarágdi solemnitáte létificás: concéde propítius; ut, quorum natalítia cólimus, virtútem quoque passiónis imitémur. Per Dóminum nostrum.

Evangelium Vigiláte, ut in eodem Communi 2 loco.

Secreta

C

Sancti tui, quáesumus, Dómine, nos ubíque létificent: ut, dum eórum mérita recólimus, patrocínia sentiámus. Per Dóminum nostrum.

Pro Ss. Martyribus

Secreta

Accépta sit in conspéctu tuo, Dómine, nostra dévotio: et eórum nobis fiat supplicatióne salutáris, pro quorum solemnitáte defértur. Per Dóminum.

Postcommunio

C

Prästa, quáesumus, omnípotens Deus: ut, de percéptis muníribus grátias exhibéntes, intercedénte beáto Altmánnō Confessóre tuo atque Pontífice, benefícia potiória sumámus. Per Dóminum.

Pro Ss. Martyribus Postcommunio

Refécti participatióne múnéris sacri, quáesumus, Dómine, Deus noster: ut, cuius exséquimur cultum, intercedéntibus sanctis Martýribus tuis Cyríaco, Largo et Smarágdo, sentiámus efféctum. Per Dóminum nostrum.

Die 11 Augusti

TRANSLATIO S. VALENTINI EPISCOPI ET CONFESSORIS

Duplex majus

Missa ut die 7 Januarii 1^o.

Et fit Com. Ss. Tiburtii et Susanna Virg., Mm., ut in Missali hac die.

Die 13 Augusti

SS. XYSTI, FELICISSIMI ET AGAPITI MARTYRUM

Duplex

Missa Sapiéntiam, de Communi plurimorum Martyrum 2 loco.

In Ecclesia Cathedrali dicitur Credo, ratione reliquiae insignis.

Et fit Commemoratio Ss. Hippolyti et Cassiani Mm., ut in Missali hac die.

Die 14 Augusti

IN INVENTIONE S. STEPHANI PROTOMARTYRIS

Duplex majus

Missa ut in Missali die 3 Augusti.

Et fit Commemoratio Vigiliæ Assumptionis B. Mariæ Virg. et S. Eusebii Conf., ut in Missali hac die, ac legitur Evangelium Vigiliæ in fine.

In Ecclesiis S. Stephano dedicatis et in Civitate episcopali dicitur Credo.

Die 4 Septembbris

S. ROSALIÆ VIRGINIS

Duplex

Missa Dilexísti, de Communi Virginum 3 loco, præter Orationem sequentem:

Oratio

P

Exaudi nos, Deus, salutáris noster: ut, sicut de beatæ Rosáliaë Vírginis tuae festivitaté gaudémus, ita píe devotíonis erudiámur afféctu; et ejus intercessióne ab iracúndiæ tue flagellis misericórditer liberémur. Per Dóminum.

Secreta

C

Accépta tibi sit, Dómine, sacratæ plenis oblátio pro tuórum honore Sanctórum: quorum se méritis de tribulatióne percepíssse cognóscit auxílium. Per Dóminum nostrum.

Postcommunio C

Satiásti, Dómine, famíliam tuam munéribus sacris: ejus, quásimus, semper interventione nos réfove, cuius solémnia celebrámus. Per Dóminum.

Die 9 Septembbris

S. CORBINIANI
EPISCOPI ET CONFESSORIS

Duplex

Missa Státuit, de Communi Confessoris Pontificis 1 loco, præter Orationem sequentem:

Oratio

P

Deus, qui nos beáti Corbiniáni Confessoris tui atque Pontificis prædicatióne et miraculis ad agnitióne tuónominis vocáre dignátus es: concéde propítius; ut, cujus solémnia cólimus, étiam patrocínia sentiámus. Per Dóminum nostrum.

Et fit Com. S. Gorgonio Mart.:

Oratio

Sanctus tuus, Dómine, Gorgónius sua nos intercessióne létificet: et pia fáciat solemnitáte gaudére. Per Dóminum nostrum.

Secreta

C

Sancti tui, quásimus, Dómine, nos ubíque létificent: ut, dum eórum mérita recólimus, patrocínia sentiámus. Per Dóminum nostrum.

Pro S. Gorgonio

Secreta

Grata tibi sit, Dómine, nostræ servitútis oblátio: pro qua sanctus Gorgónius Martyr intervénitor exsistat. Per Dóminum nostrum.

Postcommunio

C

Præsta, quásimus, omnípotens Deus: ut, de percéptis munéribus grátiás exhibéntes, intercedénte beáto Corbiniáno Confessore tuo atque Pontifice, beneficia potiéra sumámus. Per Dóminum.

Pro S. Gorgonio Postcommunio

Famíliam tuam, Deus, suávitás æterná contíngat et véget: quæ in Mártyre tuo Gorgónio Christi, Fílii tui, bono júgiter odore pascátur: Qui tecum vivit et regnat.

Die 13 Septembbris
B. NOTHBURGÆ VIRGINIS

Duplex

Missa Dilexísti, de Communi Virginum 3 loco, præter Orationes sequentes:

Oratio

P

Präténde, Dómine, fidélibus tuis déxteram cælestis auxílii: ut, méritis et exémplo beátæ Nothbúrgæ Vírginis, te toto corde perquirant: et, quæ digne póstulant, cónsequi mereántur. Per Dóminum nostrum.

Secreta

P

Caeléstem nobis præbeant hæc mysteria, quásimus, Dómine, medicinam: et, intercedénte beáta Nothbúrga Vírgine tua, vícia nostri cordis expúrgent. Per Dóminum nostrum.

Auxiliéntur nobis, Dómine, sumpta mysteria: et, intercedénte beáta Nothbúrga Vírgine tua, sempitérna protectione confírmant. Per Dóminum.

Die 17 Septembbris
S. HILDEGARDIS VIRGINIS

Duplex

Introitus Ps. 72, 28

Michi autem adhærere Deo bonum est, pónere in Dómino spem meam: ut annúntiem omnes prædicatiónes tuas in portis fíliæ Sion. **Ps. 40, 13** Me autem propter innocéntiam suscepisti: et confirmásti me in conspéctu tuo in æternum.

V. Glória Patri.

Oratio

Deus, qui beátam Hildegárdem Vírginem tuam donis caeléstibus decorásti: tríbue, quásumus; ut, ejus vestígii et documéntis insisténtes, a prae-sentis séculi calígine ad lucem tuam delectábilem transíre mereámur. Per Dóminum nostrum.

Et fit Com. Impressionis Ss. Stigmatum S. Francisci Conf:

Oratio

Dómine Jesu Christe, qui, frigescéndo mundo, ad inflammándum cor da nostra tui amoris igne, in carne beatissimi Francisci passiónis tuæ sacra Stigmata renovásti: concéde propítios; ut ejus méritis et précibus crucem júgiter ferámus, et dignos fructus poenitén-tiae faciámus: Qui vivis et regnas.

Léctio Epístolæ beáti Pauli Apóstoli ad Corínthios **1 Cor. 1, 26-29**

Vidéte vocatióne vestram, fratres, quia non multi sapiéntes secún-dum carnem, non multi poténtes, non multi nóbiles: sed quae stulta sunt mundi elégít Deus, ut confundat sapiéntes: et infírma mundi elégít Deus, ut confundat fórtia: et ignobília mundi et contemptibília elégít Deus, et ea quae non sunt, ut ea quae sunt destrueret: ut non gloriétur omnis caro in conspéctu ejus.

Graduale Cantic. 3, 4 et 6, 2 Invéni quem díligit ánima mea: ténui eum, nec dimittam. **V.** Ego dilécto meo, et diléctus meus mihi, qui pásctitur inter lília.

Allelúja, allelúja. **V. Isai. 61, 10** Ex-sultabít ánima mea in Deo meo, quia índuit me vestiméntis salútis, quasi sponsam ornátam monílibus suis. Alle-lúja.

In Missis votivis post Septuagesimam, omissis Allelúja et Versu sequenti, di-citur

Tractus Sap. 4, 1-3 O quam pulchra est casta generatió cum claritaté: im-mortális est enim memória illíus, quóniam et apud Deum nota est, et apud hó-mines. **V.** Cum præsens est, imitántur illam, et desíderant eam, cum se edúxerit. **V.** Et in perpétuum coronáta tri-úmphat, in coinquinatórum certáminum præmia vincens.

Tempore Paschali omittitur Graduale, et ejus loco dicitur:

Allelúja, allelúja. **V. Ps. 30, 22** Bene-dictus Dóminus: quóniam mirificávit misericórdiam suam mihi in civitáte muníta. Allelúja. **V. Prov. 4, 9** Lætare, mater nostra, quia dabit Dóminus cá-piti tuo augménta gratiárum, et coróna inelyta próteget te. Allelúja.

Sequentia sancti Evangélii secún-dum Matthéum

Matth. 25, 1-13

In illo tempore: Dixit Jesus discípulis suis parábolam hanc: Símile erit regnum caelórū decem virgínibus: quæ, accipiéntes lámpades suas, exiérunt óbvia m sponso et sponsæ. Quinque autem ex eis erant fátuæ, et quinque prudéntes: sed quinque fátuæ, accéptis lampádibus, non sumpsérunt óleum secum: prudéntes vero accepérunt óleum in va-sis suis cum lampádibus. Moram autem faciénte sponso, dormitavérunt omnes et dormiérunt. Média autem nocte clamo-r factus est: Ecce, sponsus venit, ex-fite óbviā ei. Tunc surrexérunt omnes vírgines illæ, et ornavérunt lámpades suas. Fátuæ autem sapiéntibus dixé-runt: Date nobis de óleo vestro: quia lámpades nostræ exstinguántur. Re-spondérunt prudéntes, dicéntes: Ne forte non sufficiat nobis et vobis, ite pótius ad vendéntes, et émitte vobis. Dum autem irent émere, venit sponsus: et quæ

parátæ erant, intravérunt cum eo ad nuptias, et clausa est jánuia. Novíssime vero véniant et réliquæ vírgines, dicéntes: Dómine, Dómine, áperi nobis. At ille respónsens, ait: Amen, dico vobis, néscio vos. Vigiláte itaque, quia nescítis diem neque horam.

Offertorium Ps. 41, 2 et 3 Quemádmodum desíderat cervus ad fontes aquárum, ita desíderat ánima mea ad te, Deus. Sítivit ánima mea ad Deum fortè vivum.

Secreta

Sanctæ Hildegárdis Vírginis tuæ festa recoléntes, preces offérimus et hóstias immolámus: præsta, quásumus, Dómine; ut, cum præsídio temporálì, vitæ nobis præbeant increménta perpétuæ. Per Dóminum nostrum.

Pro Impressione Ss. Stigmatum S. Francisci

Secreta

Múnera tibi, Dómine, dicáta sanctí fica: et, intercedénte beáto Francíscu, ab omni nos culpárumb labe purifica. Per Dóminum nostrum.

Communio Philipp. 1, 20 et 21 Magnificábitur Christus in córpore meo, sive per vitam, sive per mortem: mihi enim vivere Christus est, et mori lucrum.

Postcommunio

Perpétuo, Dómine, favore proséquere, quos réfici divino mystério: et quos imbuísti cælestibus institútis; eósdem, intercedénte beáta Hildegárdie Vírgine tua, salutáribus comitare solátiis. Per Dóminum nostrum.

Pro Impressione Ss. Stigmatum S. Francisci

Postcommunio

Deus, qui mira Crucis mystéria in beáto Francíscu Confessore tuo multifórmiter demonstrásti: da nobis, quásumus; devotiónis suæ semper exempla sectári, et assídua ejúsdem Crucis meditatióne muníri. Per Dóminum.

Die 9 Octobris

* **S. GUNTHERI EREMITÆ**
Semiduplex

Missa Os justi, de Communi Confessoris non Pontificis 1 loco, cum Evangelio Nolite timére, de eodem Communi 2 loco.

Et fit Commemoratio Ss. Dionysii Ep., Rustici et Eleutherii Mm., ut in Missali hac die.

Die 12 Octobris

S. MAXIMILIANI EP. ET MART.
Diœceseos Patróni

Duplex I classis cum Octava communi
Introitus Dan. 3, 84 et 87

Sacerdótes Dei, benedícite Dóminum: sancti et húmiles corde, laudáte Deum. Ibid., 57 Benedícite, ómnia ópera Dómini, Dómino: laudáte et superexaltáte eum in sǽcula.

V. Glória Patri.

Oratio

Deus, qui nos beáti Maximiliáni Mártyris tui atque Pontificis ánna solemnitate lætificas: concéde propítius; ut, cujus natalitia cólimus, de ejúsdem étiam protectiōne gaudéamus. Per Dóminum nostrum.

Léctio Epístolæ beáti Pauli Apóstoli ad Corínthios 2 Cor. 1, 3-7

Fratres: Benedíctus Deus et Pater Dómini nostri Jesu Christi, Pater misericordiárum, et Deus totius consolatiónis, qui consolátur nos in omni tribulatióne nostra: ut possímus et ipsi consolári eos, qui in omni pressúra sunt, per exhortatiórem, qua exhortámur et ipsi a Deo. Quóniam sicut abúndant passiónes Christi in nobis: ita et per Christum abúndat consolatió nostra. Sive autem tribulámur pro vestra exhor-

tatióne et salúte, sive consolámur pro vestra consolatióne, sive exhortámur pro vestra exhortatióne et salúte, quæ operátur tolerántiam earúndem passiónum, quas et nos pátimur: ut spes nostra firma sit pro vobis: sciéntes, quod, sicut sóci passiónum estis, sic éritis et consolatiónis: in Christo Jesu, Dómino nostro.

Graduale Ps. 8, 6-7 Glória et honóre coronásti eum. **V.** Et constituísti eum super ópera mánuum tuárum, Dómine.

Allelúja, allelúja. **V.** Hic est Sacérdos, quem coronávit Dóminus. Allelúja.

+ Sequéntia sancti Evangélii secundum Lucam **Luc. 14, 26-33**

In illo témpore: Dixit Jesus turbis: Si quis venit ad me, et non odit patrem suum, et matrem, et uxórem, et filios, et fratres, et soróres, adhuc autem et ániam suam, non potest meus esse discípulus. Et qui non bájulat crucem suam, et venit post me, non potest meus esse discípulus. Quis enim ex vobis volens turrim aëdificáre, non prius sedens cōputat sumptus, qui necessárii sunt, si hábeat ad perficiéndum; ne, posteáquam posúerit fundaméntum, et non potúerit perfícere, omnes, qui vident, incipiāt illúdere ei, dicéntes: Quia hic homo ceepit aëdificáre, et non pótuit consummáre? Aut quis rex itúrus commíttere bellum advérsus álium regem, non sedens prius cōgitat, si possit cum decem míllibus occurrere ei, qui cum viginti míllibus venit ad se? Alióquin, adhuc illo longe agénte, legatióne mit-tens, rogar ea, quæ pacis sunt. Sic ergo omnis ex vobis, qui non renútiat ómnibus, quæ pósseidet, non potest meus esse discípulus.

Credo, per totam Octavam.

Offertorium Ps. 88, 21-22 Invéni Da-víd servum meum, óleo sancto meo

unxi eum: manus enim mea auxiliábitur ei, et bráchium meum confortábit eum.

Secreta

Múnera tibi, Dómine, dicáta sanctí-fica: et, intercedénte beáto Maximiliáno Mártyre tuo atque Pontífice, per éadem nos placátus inténde. Per Dóminum nostrum.

Communio Ps. 20, 4 Posuísti, Dómine, in cápite ejus corónam de lápide pretiósio.

Postcommunio

Haec nos commúnio, Dómine, purget a crímine: et, intercedénte beáto Maximiliáno Mártyre tuo atque Pontífice, cælestis remédii fáciat esse consórtes. Per Dóminum nostrum.

¶ Infra Octavam, excepta die 18 Octobris, de ea fit Commemoratio, juxta Rubricas.

In die Octava autem Missa dicitur ut in Festo cum Commemoratione S. Petri de Alcantara Conf., ut in Missali eadem die.

Die 22 Octobris

In Ecclesiis consecratis, excepta Cathedrali:

IN DEDICATIONE
ECCLESIÆ PROPRIÆ

Duplex I classis cum Octava communi-

Missá Terríbilis, ut in Communi Dedi-cationis Ecclesiæ.

¶ Die 24 Octobris fit Commemoratio Octavæ, juxta Rubricas. Diebus 23, 25, 26 et 27 autem fit de ipsa Octava et dicitur Missa ut in Festo cum Commemo ratione Simplicis occurritis et 3^a Oratione de sancta María Concéde, die 23 autem cum 2^a Oratione de sancta María et 3^a contra persecutores Ecclesiæ vel pro Papa.

In die Octava vero Missa dicitur ut in Festo.

Die 31 Octobris
S. WOLFGANGI
EPISCOPI ET CONFESSORIS

Duplex

Missa Sacerdótes tui, de Communi
Conf. Pont. 2 loco, præter Orationem
sequentem:

Oratio

Propria. Ps. ibid., 2 Benedicam Dóminum
in omni tempore: semper laus ejus in
ore meo.

V. Glória Patri.

Oratio

Deus, qui nobis æternæ salutis beatum Wolfgangum Episcopum ministrum tribuisti: praesta, quæsumus, ut, quem doctorem vitae habuimus in terris, intercessorem habere mereamur in cælis. Per Dóminum nostrum.

Et, in Missis non conventionalibus, fit
Commemoratio Vigiliæ Omnia Sanctorum, ut in Missali hac die, et de ea legitur Evangelium in fine.

Secreta

C

Sancti Wolfgangi Confessoris tui atque Pontificis, quæsumus, Dómine, annua solennitas pietatis tuæ nos reddit accéptos: ut, per hæc piæ placationis officia, et illum beatæ tributio comitetur, et nobis gratiæ tuæ dona consiliæ. Per Dóminum nostrum.

Postcommunio

C

Deus, fidélium remunerátor animarum: praesta; ut beati Wolfgangi Confessoris tui atque Pontificis, cuius venerandam celebrámus festivitatem, precibus indulgentiam consequámur. Per Dóminum nostrum.

Die 5 Novembbris

SACRARUM RELIQUIARUM
quaæ in Ecclesiis dioceseos asservantur

Duplex

Introitus Ps. 33, 20-21

Multæ tribulatiōnes justorum, et de his omnibus liberavit eos Dóminus: Dóminus custodit omnia ossa eorum: unum ex his non conteret-

tur. Ps. ibid., 2 Benedicam Dóminum in omni tempore: semper laus ejus in ore meo.

V. Glória Patri.

Oratio

Propria. Propitiare, quæsumus. Dómine, nobis famulis tuis, per Sanctorum tuorum, quorum hic habentur reliquiae, et patrocínia veneramur, mérita gloriósa: ut eorum pia intercessione, ab omnibus semper protegámur adverosis. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum: Qui tecum vivit et regnat.

Et fit Commemoratio Octavæ Omnia Sanctorum:

Oratio

Omnipotens sempiterne Deus, qui nos omnium Sanctorum tuorum mérita sub una tribuisti celebritate venerari: quæsumus; ut desideratam nobis tuæ propitiatiōnis abundantiā, multiplicatiis intercessoribus, largiaris. Per Dóminum nostrum.

Lectio libri Sapientiæ

Sap. 3, 1-8

Justorum animæ in manu Dei sunt, et non tanget illos tormentum mortis. Visi sunt oculis insipientium mori: et aestimata est afflictio exitus illorum: et quod a nobis est iter, exterminium: illi autem sunt in pace. Et si coram hominibus tormenta passi sunt, spes illorum immortalitate plena est. In paucis vexati, in multis bene disponentur: quoniam Deus tentavit eos, et invenerit illos dignos se. Tamquam aurum in fornace probavit illos, et quasi holocausti hostiam accipit illos, et in tempore erit respactus illorum. Fulgebunt justi, et tamquam scintillæ in arundineto discurrent. Judicabunt nationes, et dominabuntur populis, et regnabit Dóminus illorum in perpetuum.

Graduale Exodi 15, 11 Gloriósus Deus in Sanctis suis: mirábilis in majestáte, fáciens prodígia. **V. Ibid., 6** Déxtera tua, Dómine, glorificáta est in virtúte: déxtera manus tua confrégit inimicós.

Allelúa, allelúa. **V. Eccli. 44, 14** Córpora Sanctórum in pace sepúlta sunt, et nómina eórum vivent in generatiónen et generatiónen. Allelúa.

+ Sequéntia sancti Evangélii secún-dum Matthæum

Matth. 5, 1-12

In illo témpore: Videns Jesus turbas, ascéndit in montem, et cum sedísset, accessérunt ad eum discípuli ejus, et apériens os suum, docébat eos, dicens: Beáti páuperes spíritu: quóniam ipsórum est regnum cælórum. Beáti mites: quóniam ipsi possidébunt terram. Beáti, qui lugent: quóniam ipsi consolabún-tur. Beáti, qui esúriunt et sítunt justítiā: quóniam ipsi saturabún-tur. Beáti misericórdes: quóniam ipsi misericórdiam consequéntur. Beáti mundo corde: quóniam ipsi Deum vidébunt. Beáti pacífi-ci: quóniam filii Dei vocabún-tur. Beáti, qui persecutiónen patiúntur propter justitiā: quóniam ipsórum est regnum cælórum. Beáti estis, cum maledí-xerint vobis, et persecuti vos fúerint, et díixerint omne malum advérsum vos, mentiéntes, propter me: gaudéte et ex-sultáte, quóniam merces vestra copiós-a est in cælis. **Credo.**

Offertorium Ps. 67, 36 Mirábilis Deus in Sanctis suis: Deus Israel, ipse dabit virtútem et fortitudinem plebi suæ: benédictus Deus, allelúa.

Secreta

Adésto, Dómine, supplicatióibus no-stris, quas in Sanctórum tuórum commemo-ratióne deférimus: ut, qui nostræ justitiæ fidúciam non habémus,

eórum, qui tibi placuérunt, méritis ad-juvémur. Per Dóminum nostrum.

Pro Octava

Secreta

Múnera tibi, Dómine, nostræ devo-tiόnis offérimus: quæ et pro cunc-tórum tibi grata sint honóre Justórum, et nobis salutária, te miseránte, red-dántur. Per Dóminum nostrum.

Communio Sap. 3, 1, 2 et 3 Justórum ánima in manu Dei sunt, et non tanget illos torméntum malítia: visi sunt ócu-lis insipiéntium mori: illi autem sunt in pace.

Postcommunio

Quésumus, Dómine, salutáribus re-pléti mystériis: ut, quorum solém-nia celebrámus, eórum oratióibus ad-juvémur. Per Dóminum nostrum.

Pro Octava

Postcommunio

Da, quésumus, Dómine, fidélibus pó-pulis ómnium Sanctórum semper veneratióne lætári: et eórum perpé-tua supplicatióne muníri. Per Dóminum.

Die 6 Novembbris

S. LEONARDI ABBATIS

Duplex

Missa Os justi, de Communi Abbatum.
Et fit Commemoratio Octavæ Om-nium Sanctorum.

Die 13 Novembbris

S. STANISLAI KOSTKÆ CONFESSORIS

Duplex

Introitus Sap. 4, 13-14

Consummátus in brevi explévit té-m-pora multa: plácita enim erat Deo áнима illíus: propter hoc properá-vit edúcere illum de médio iniquitá-tum. **Ps. 112, 1** Laudáte, púeri, Dóminum: laudáte nomen Dómini.
V. Glória Patri.

Oratio

Deus, qui inter cétera sapiéntiæ tuae mirácula étiam in ténera aetátē maturæ sanctitatis grátiam contulísti: da, quás sumus; ut, beáti Stanislái exémplo tempus instánter operándo rediméntes, in aetérnam íngredi réquiem festinémus. Per Dóminum nostrum.

Et fit Commemoratio S. Didaci Conf.:

Oratio

Omnipotens sempitérne Deus, qui dispositiōne mirábili infírma mundi éligis, ut fórtia quæque confúndate: concéde propítius humilitati nostræ; ut, piis beáti Dídaci Confessoris tui précibus, ad perénnum in cælis glóriam sublimári mereámur. Per Dóminum.

Léctio libri Sapiéntiæ

Sap. 4, 7-16

Justus, si morte præoccupátus fúerit, in refrigério erit. Senéctus enim ve- nerábilis est non diutúrna, neque an- nórūm número computatā: cani autem sunt sensus hóminis, et ætas senectútis vita immaculata. Placens Deo factus est diléctus, et vivens inter peccatóres translátus est. Raptus est, ne malitia mutáret intellectum ejus, aut ne fictio deciperet ánimam illius. Fascinatio enim nugacitatis obscúrat bona, et inconstántia concupiscéntiæ transvérbit sensum sine malitia. Consummátus in brevi explévit témpora multa: plácita enim erat Deo ánima illius: propter hoc properávit edúcere illum de médio iniquitátum: pópuli autem vidéntes, et non intelligéntes, non ponéntes in præcordiis tália: quóniam grátia Dei, et misericordia est in sanctos ejus, et respéctus in eléctos illfus. Condémnat autem justus mórtuus vivos ímpios, et juvén- tús celérier consummáta longam vitam injústi.

Graduale Ps. 20, 3-4 Desidérium cor- dis ejus tribústi ei: et voluntáte labiórum ejus non fraudásti eum. **V.** Quóniam prævenísti eum in benedictiōibus dulcéinis.

Allelúja, allelúja. **V. Ps. 118, 152** Iní- tio cognóvi de testimoniis tuis, quia in aetérnum fundásti ea. Allelúja.

+ Sequéntia sancti Evangélii secún- dum Matthéum

Matth. 19, 13-21

In illo témpore: Obláti sunt Jesu pá- vuli, ut manus eis impóneret et orá- ret. Discípuli autem increpábant eos. Jesus vero ait eis: Sínite párvulos, et nolite eos prohibére ad me venire: tá- lium est enim regnum celórum. Et cum imposuisset eis manus, abiit inde. Et ecce, unus accédens, ait illi: Magíster bone, quid boni fáciam, ut hábeam vi- tam aetérnam? Qui dixit ei: Quid me intérrogas de bono? Unus est bonus, Deus. Si autem vis ad vitam íngredi, serva mandáta. Dicit illi: Quæ? Jesus autem dixit: Non homicídium fácies: Non adulterábis: Non fáicies furtum: Non falsum testimónium dices: Honóra patrem tuum et matrem tuam, et díliges próximum tuum sicut te ipsum. Dicit illi aduléscens: Omnia hæc custodívi a juventúte mea: quid adhuc mihi deest? Ait illi Jesus: Si vis perféctus esse, vade, vende, quæ habes, et da paupéribus, et habébis thesáurum in cælo: et veni, sé- quere me.

Offertorium Ps. 42, 4 Introíbo ad altáre Dei: ad Deum, qui lætificat juven- tútem meam.

Secreta

Angelórum pane, quás sumus, Dómine, beáti Stanislái nos intercéssio dig- nos efficiat, qui eo mérit angélica manu recreári. Per Dóminum nostrum.

Pro S. Didaco

Secreta

Præsta nobis, quæsumus, omnípotens Deus: ut nostræ humilitatis oblatio et pro tuorum tibi grata sit honore Sanctorum, et nos corpore pàriter et mente purifícet. Per Dóminum nostrum.

Communio Eccl. 15, 3 Cibávit illum Dóminus pane vitæ et intellectus, et aqua sapiéntiæ salutáris potávit illum.

Postcommunio

Ut nobis, Dómine, cælestis, quem súmpsimus, panis sit vitæ: beato Stanislao Confessore tuo intercedente, quæsumus; ut panis sit intellectus, et potus aqua sapiéntiæ salutáris. Per Dóminum nostrum.

Pro S. Didaco

Postcommunio

Quæsumus, omnípotens Deus: ut, qui cælestia aliménta percépimus, intercedente beato Dídaco Confessore tuo, per hæc contra ómnia adversa muniamur. Per Dóminum nostrum.

Die 26 Novembris

S. JOANNIS BERCHMANS
CONFESSORIS

Duplex

Introitus Ps. 118, 167

Custodívit áнима mea testimónia tua, Dómine: et diléxit ea veheménter. **Ps. ibid., 1** Beáti immaculati in via: qui ámbulant in lege Dómini. **V.** Glória Patri.

Oratio

Concéde, quæsumus, fámulis tuis, Dómine Deus: ea innocéntiæ ac fidelitatis exémpla in tuo servitio sectari; quibus angélicus júvenis Joánnes ætatis suæ florem consecrávit. Per Dóminum nostrum.

Et fit Com. S. Silvestri Abbatis:

Oratio

Clementissime Deus, qui sanctum Silvèstrum Abbátem, sǽculi hujus vanitatem in aperto túmulo pie meditántem, ad erémum vocare et præcláris vitæ méritis decorare dignátus es: te súpplices exorámus; ut, ejus exémplo terréna despiciéntes, tui consórto perfruámur æterno. (Per Dóminum.)

Deinde Commemoratio S. Petri Alexandrini Ep. et Mart.:

Oratio

Infirmitatem nostram rēspice, omnípotens Deus: et, quia pondus propriæ actionis gravat, beáti Petri Mártiris tui atque Pontificis intercéssio gloriósa nos protéget. Per Dóminum nostrum.

Léctio libri Sapiéntiæ

Ecli. 51, 17-25, 27-28 et 35

Confitébor et laudem dicam tibi, Dómine Rex, et benedícám nómini Dómini. Cum adhuc júnior essem, priúquam oberrárem, quæsívi sapiéntiam palam in oratióne mea. Ante templum postulábam pro illa, et usque in novíssimis inquíram eam. Et eflóruit tamquam præcox uva: lètatum est cor meum in ea. Ambulávit pes meus iter rectum, a juventute mea investigábam eam. Inclinávi módice aurem meam, et excépi illam. Multam invéni in meíspo sapiéntiam, et multum proféci in ea. Danti mihi sapiéntiam dabo glóriam. Consiliátus sum enim, ut fácerem illam: zelátus sum bonum, et non confundar. Collectáta est áнима mea in illa, et in faciéndo eam confirmátus sum. Animam meam diréxi ad illam, et in agnitione invéni eam. Possédi cum ipsa cor ab infício: propter hoc non derelínquar. Vidéte oculis vestris, quia módicum laborávi, et invéni mihi multam réquiem.

Die 17 Novembris

S. LEOPOLDI MARCHIONIS, CONF.

Duplex

Introitus Ps. 36, 30-31

Os justi meditabitur sapiéntiam, et lingua ejus loquétur iudícium: lex Dei ejus in corde ipsius. **Ps. ibid., 1** Noli aemulári in malignántibus: neque zeláveris faciéntes iniquitátem.

V. Glória Patri.

Oratio

Deus, qui beatum Leopoldum a sacerduli curis ad cælestem glóriam traduxisti: concéde, quæsumus; ita nos per haec temporália pertransfere, ut aeternæ vitæ consórta mereámur. Per Dóminum nostrum.

Et fit Commemoratio S. Gregorii Thaumaturgi Ep. et Conf.:

Oratio

Da, quæsumus, omnípotens Deus: ut beati Gregorii Confessoris tui atque Pontificis veneranda sollempnitas, et devotióinem nobis áugeat et salútem. Per Dóminum nostrum.

Léctio libri Sapiéntiæ

Eccli. 31, 8-11

Beatús vir, qui invéntus est sine macula, et qui post aurum non ábiit, nec sperávit in pecúnia et thesáuris. Quis est hic, et laudábimus eum? fecit enim mirabília in vita sua. Qui probá-

tus est in illo, et perféctus est, erit illi glória aetérna: qui pótuit tránsgredi, et non est transgréssus: fáceré mala, et non fecit: ídeo stabilitá sunt bona illius in Dómino, et eleemosynas illius enarrábit omnis ecclésia sanctórum.

Graduale Ps. 91, 13 et 14

Justus ut palma florébit: sicut cedrus Líbani multiplicabitur in domo Dómini.

V. Ibid., 3 Ad annuntiandum mane misericordiam tuam, et veritatem tuam per noctem.

Alleluja, alleluja. **V. Jac. 1, 12** Beátus vir, qui suffert tentatiómem: quóniam, cum probátus fúerit, accípiet corónam vitæ. Alleluja.

+ Sequéntia sancti Evangélii secúndum Lucam
Luc. 19, 12-26

In illo témpte: Dixit Jesus discípulis suis parabolam hanc: Homo quidam nóbilis ábiit in régionem longínquam accípere sibi regnum, et revérti. Vocátis autem decem servis suis, dedit eis decem mnas, et ait ad illos: Negotiámini, dum vénio. Cives autem ejus óderant eum: et misérunt legatiómem post illum, dicéntes: Nólumus hunc regnare super nos. Et factum est, ut redíret accépto regno: et jussit vocári servos, quibus dedit pecúniam, ut sciret, quantum quis-

que negotiátus esset. Venit autem pri-mus, dicens: Dómine, mna tua decem mnas acquisívit. Et ait illi: Euge, bone serve, quia in módico fuísti fidélis, eris potestátem habens super decem civitátes. Et alter venit, dicens: Dómine, mna tua fecit quinque mnas. Et huic ait: Et tu esto super quinque civitátes. Et alter venit, dicens: Dómine, ecce mna tua, quam hábui repósitam in sudário: tímui enim te, quia homo austérus es: tollis, quod non posuísti, et metis quod non seminásti. Dicit ei: De ore tuo te júdico, serve nequam. Sciébas, quod ego homo austérus sum, tollens, quod non pósui, et metens, quod non seminávi: et quare non dedísti pecúniam meam ad men-sam, ut ego véniens cum usúris útique exegísssem illam? Et astántibus dixit: Auférte ab illo mnam, et date illi, qui decem mnas habet. Et dixerunt ei: Dó-mine, habet decem mnas. Dico autem vobis: Quia omni habénti dábitur, et abundábit: ab eo autem, qui non habet, et, quod habet, auferétur ab eo.

Offertorium Ps. 88, 25

Véritas mea et misericórdia mea cum ipso: et in nómine meo exaltábitur cor-nu ejus.

Secreta

Laudis tibi, Dómine, hóstias immo-lámus in tuórum commemoratióne Sanctórum: quibus nos et præséntibus exuí malis confídimus et futúris. Per Dóminum nostrum.

Pro S. Gregorio

Secreta

Sancti tui, quásumus, Dómine, nos ubí-que lætíficent: ut, dum eórum mérita re-cólimus, patrocínia sentiámus. Per Dó-minum nostrum.

Communio Matth. 24, 46-47

Beátus servus, quem, cum vénerit dó-minus, invénerit vigilántem: amen, dico vobis, super ómnia bona sua constí-tuet eum.

Postcommunio

Refectí cibo potúque cælestí, Deus noster, te súpplices exorámus: ut, in cujus hæc commemoratióne percé-pimus, ejus muniámur et prémibus. Per Dóminum nostrum.

Pro S. Gregorio

Postcommunio

Præsta, quásumus, omnípotens Deus: ut, de percéptis munéribus grátiás exhibéntes, intercedénte beáto Gregório Confessóre tuo atque Pontifice, benefícia potióra sumámus. Per Dóminum.

IMPRIMATUR.

Passaviz, die 2 Februarii 1953

DR. FRANCISCUS RIEMER
Vicarius Generalis

Graduale Sap. 4, 13-14 Consummátus in brevi explévit témpora multa. **V.** Plácia enim erat Deo áнима illius: propter hoc properávit edúcere illum de médio iniquitátum.

Allelúja, allelúja. **V. Ibid., 16** Condémnat autem justus mórtuus vivos ímpios, et juvénitus celérius consummáta longam vitam injústi. Allelúja.

+ Sequéntia sancti Evangélii secún-dum Matthéum

Matth. 19, 16-21

In illo témpore: Ecce, unus accédens ad Jesum, ait illi: Magíster bone, quid boni fáciam, ut hábeam vitam aetérnam? Qui dixit ei: Quid me intérregas de bono? Unus est bonus, Deus. Si autem vis ad vitam íngredi, serva mandáta. Dicit illi: Quæ? Jesus autem dixit: Non homicídium fácies: Non adulterábis: Non fácies furtum: Non fal-sum testimónium dices: Honóra patrem tuum et matrem tuam, et díliges pró-ximum tuum sicut te ipsum. Dicit illi adoléscens: Omnia hæc custodívi a ju-ventúte mea: quid adhuc mihi deest? Ait illi Jesus: Si vis perféctus esse, vade, vende, quæ habes, et da paupéribus, et habébis thesáurum in cælo: et veni, sé-quere me.

Offertorium Ps. 115, 16-17 O Dómine, quia ego servus tuus: ego servus tuus et filius ancillæ tuæ: dirupísti víncula mea, tibi sacrificábo hóstiam laudis.

Secreta

Réspice, miséricors Deus, dona, quæ offérimus, recoléntes ánimo cari-tátem: qua béatus Joánnes inter hæc mystéria flagrábat. Per Dóminum.

Pro S. Silvestro

Secreta

Quásumus, Dómine: ut, dum hæc múnera divinæ majestati tuæ re-verenter offérimus; pia mentis præparatióne et cordis puritáte, beáti Silvéstri Abbátis imitatóres effécti, Corpus et Sanguinem Filii tui sancte percípere mereámur. (Qui tecum vivit et regnat.)

Pro S. Petro

Secreta

Hóstias tibi, Dómine, beáti Petri Mártiris tui atque Pontíficis dicátas méritis, benígnus assúme: et ad perpétuum nobis tribue provenire sub-sídium. Per Dóminum nostrum.

Communio Cant. 6, 2; 3, 4 Ego dilécto meo, et diléctus meus mihi, qui páscti-tur inter lília. Invéni, quem díligit ánima mea: ténui eum, nec dimíttam.

Postcommunio

Caeléstí épulo reféctis præsta nobis, quásumus, misericors Deus: ut, beáti Joánnis vestígia sequéntes, viam mandatórum tuórum dilatáto corde cur-rámus. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum: Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus.

Pro S. Silvestro

Postcommunio

Divína dape reléctis tribue, quásumus, Dómine: sancti Silvéstri Abbátis vestígii ita inhærere; ut copiósam mercédem in regno glóriæ tuæ cum Sanctis habeámus. (Per Dóminum.)

Pro S. Petro

Postcommunio

Refécti participatióne múnneris sacri, quásumus, Dómine, Deus noster: ut, cujus exséquimur cultum, intercedénte beáto Petro Mártyre tuo atque Pontífice, sentiámus efféctum. Per Dóminum nostrum.

INDEX ALPHABETICUS

pag.		pag.
	Achatii et Soc. Mn. Commemoratio. 22 Junii	
	Afræ Mart. Commemoratio. 7 Augusti	
	Altmanni Ep. et Conf., duplex majus. 8 Aug.	
	Barbaræ Virg. et Mart., duplex majus. 4 Dec.	
	Bennonis Ep. et Conf., duplex majus. 16 Junii	
	Bonifatii Ep. et Mart., duplex II classis. 5 Junii	
	Clementis Mariae Hoffbauer Conf., duplex majus.	
	15 Martii	
	Conradi a Parzham Conf., dupl. II cl. 21 Apr.	
	Corbiniani Ep. et Conf., duplex. 9 Septembris	
	Crescentiæ Höss Virginis, duplex. 5 Aprilis	
	Dedicatio Ecclesiae Cathedralis, duplex I classis	
	cum Octava communi. 27 Julii	
	Dedicatio Ecclesiae propriae, duplex I classis cum	
	Octava communi. 22 Octobris	
	Floriani Mart., duplex majus. 4 Maii	
	Godehardi Ep. et Conf., duplex majus. 5 Maii	
	Guntheri Eremitæ, semiduplex. 9 Octobris	
	Hartmanni Ep. et Conf., duplex. 23 Decembris	
	Henrici Imperatoris, Conf., duplex. 15 Julii	
	Hildegardis Virg., duplex. 17 Septembris	
	Irmengardis Virg., duplex. 17 Julii	
	Joannis Berchmans Conf., duplex. 26 Nov.	
	Joannis Nepomuceni Martyris, duplex majus.	
	16 Maii	
	Leonardi Abbas, duplex. 6 Novembris	
	Leonis IX Papæ et Conf., duplex. 19 Aprilis	
16*	Mariae B. Virg. omnium gratiarum Mediaticis,	
	duplex majus. 31 Maii	14*
19*	— — Patronæ Bavariæ, duplex I classis. Sab-	
	bato primo mensis Maji	9*
1*		
16*	Maximiliani Ep. et Mart., Diœceseos Patroni,	
	duplex I classis cum Octava communi. 12 Oct.	23*
	Nothburgæ Virg., duplex. 13 Septembris	21*
16*	Petri Canisii Conf. et Eccl. Doct., duplex II	
	classis. 27 Aprilis	8*
5*	Reliquiarum sacrarum, quæ in Ecclesiis diœce-	
6*	seos asservantur, duplex 5 Novembris	25*
21*	Rosalie Virg., duplex. 4 Septembris	20*
6*	Ruperti Ep. et Conf., duplex majus. 27 Martii	5*
19*	Severini Abbatis, duplex. 19 Januarii	3*
24*	Stanislai Kostkæ Conf., duplex. 13 Novembris	26*
11*	Stephani Protomartyris, Patroni principalis Ci-	
11*	vitatis episcopalis et Titul. Eccl. Cathedr.,	
23*	duplex I classis cum Octava communi. 26 Dec.	1*
1*	— — Invenio, duplex majus. 14 Augusti	20*
18*	Udalrici Ep. et Conf., duplex. 4 Julii	17*
21*	Valentini Ep., Conf., Diœces. Patroni, duplex	
18*	I classis cum Octava communi. 7 Januarii	1*
28*	— — Translatio, duplex majus. 11 Augusti	20*
13*	Walburgæ Virg., duplex. 25 vel 26 Februarii	5*
26*	Willibaldi Ep. et Conf., duplex. 9 Julii	17*
6*	Wolfgangi Ep. et Conf., duplex. 31 Octobris	25*
	Xysti, Felicissimi et Agapiti Mm., dupl. 13 Aug.	20*

¶ Juxta declarationem S. Rituum Congregationis d. 28 Aprilis 1914 in hoc Proprio Asterisco notantur Sancti vel Beati, qui neque in Martyrologio Romano descripti sunt neque publico cultu a Sancta Sede certe decreto vel confirmato potiuntur, sed ex immemorabili consuetudine publico ac religioso cultu honorantur cum Officio et Missa.



SACRA CONGREGATIO
RITUUM

PASSAVIEN.

K alendarium perpetuum cum Missarum et Officiorum propriis Diœceseos Passaviensis, post reformationem Officii Divini per Plium Papam decimum fel. rec. peractam, die 5 Martii 1914 approbatum est. Nunc vero R. P. D. Sigismundus Felix Episcopus Passavien. Kalendarium novum cum respectivis propriis pro approbatione Sanctissimo Domino nostro Pio Papæ XI humillime subjecit, in quo præter illa, jam 1914 approbata festa, alia quoque ponuntur, partim Sanctorum nuper canonizatorum, partim aliorum, quæ antea jam celebrabantur, et quæ hodie adhuc a Clero et fidelī populo enixe desiderantur. Quum vero Sacra Ritum Congregatio, de mandato Sanctissimi, Proprium Passavien. exhibuit a se revisum, prout in superiori prostat exemplari, probari posse censuerit, ipse Sanctissimus Dominus Noster referente infrascripto Cardinali Sacræ Ritum Congregationi Praefecto, prædictum Proprium in usum Cleri diœceseos Passavien. approbavit et ab universo Clero ejusdem diœceseos amodo adhibendum concedere dignatus est, servatis de cetero Rubricis et Decretis et præsertim declaratione de Sanctis vel Beatis alicubi publico cultu honoratis, absque certo S. Sedis decreto vel indulto, diei 28 Aprilis 1914. Contraria non obstantibus quibuscumque.

Die 13 Martii 1935

C. CARD. LAURENTI, S. R. C. Præfector

A. CARINCI, S. R. C. Secretarius



APPROBATIO

Concordat cum Originali approbato.

Passaviae, die 24 Martii 1940

DR. FR. RIEMER
Vic. Gen.

IMPRIMATUR.

Passaviae, die 25 Martii 1940

† SIMON CONRADUS O. S. B.
Epps. Passav.